RosDok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Lembke Johann Amsel

# Inauguralis Iuridica Disputatio. De Obsignatione Iudiciali, German. Von der Gerichtliechen Versiegelung

Rostochii: Wepplingius, 1691

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 18. Juni 1691
Lembcken, Jac. /a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741711516/phys_0004
DFG

23

JNAUGURALIS JURIDICA DISPUTATIO.
DE
# OBSIGNATIONE JUDICIALI,
GERMAN.
## Von der Gerichtliechen Verſiegelung/
QVAM
DIVINI NUMINIS AUSPICIO,
EX MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS DECRETO,
IN JLLUSTRI PATRIA ACADEMIA,
*PRÆSIDE*
*VIRO PRÆ-NOBILLISS. AMPLISS. ATQ; CONSULTISS.*

**DN. JACOB. Lembken/ J.U.D.**
REIPUBL. PATR. CONSUL. GRAVISS. UNIVERSIT. PROF. PUBL. FAMIGERATISS. COLL. PROFESS. SENAT. SEN. ET AD HUNC ACTUM
DECANO SPECTABILI.
DN. PATRON. atq; PROMOT. SUO SUMMO.

**PRO LICENTIA**
Supremos in utrôq; Jure honores & Privilegia rite capeſſendi,
Publicæ Eruditorum Diſquiſitioni
IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeirdianis
*ſubmittit*

JOHANN. Amſel. Roſtoch. Megap.

D. 18. Mens. Junii. Ann. 1691.

Roſtochii, Typis JOHANN. WEPPLINGII, Univer. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516/phys_0006
DFG

# B. L. S.

# PRÆFATIO.

ETiam in Themate ad publicam Eruditorum diſqui- 1
ſitionem ex copioſiſſimô diffuſi & diſſipati juris pe-
nu depromendo ſeligendoque ſua trahit quemque
voluptas; Uni allubeſcit magis ſpatioſum Juris 2
Civilis ingredi campum, alteri Juris Canonici
delibare flores, aliis illuſtres & momentoſæ Juris
Publici & pingues Conſuetudinum Feudalium ar-
rident materiæ; alios denique rationabilium diuturnorumque
conſenſu utentium comprobatorum morum delectat inveſtigatio
& ex jure ſcripto illuſtratio; Ex ultimâ jurium ſede maximè depen-
dentem & mihi ex Magnifici JCtorum ordinis Decreto Inaugura- 3
lem conſcripturo Diſſertationem, volupe fuit *Conſultiſſ.* Dn. *Præſi-
dis ſuaſu* OBSIGNATIONIS JUDICIALIS ſeligere materiam, accurati-
ori tractatione non indignam, & hactenus, quantùm conſtat, in-
tactam: Quâ bonâ fide & opinione firmâ huic materiei admovi ma- 4
num, hæc me tuebitur & à quaſi plagii & ſuppoſiti partus crimine
præſtabit liberum, ſi præſens juris articulus, vel jam ante viſus, aut
ſub incudem vocatus. Ita jurium fontibus frequentibus Diſputatio- 5
nibus & ſelectis materiebus in celeberrimis Germaniæ Academiis pe-
nitus ferè exhauſtis, non niſi cum metu factæ jam alibi elaboratio-
nis conſcribendæ Diſputationis operi manum hodie admovemus, &
in facti alieni excuſabili ignorantiâ quærere licet præſidium, usque 6
dum Juridicarum hactenus habitarum Diſputationum completus con-
fertusq; index publicis exſcriptus typis. Sed ne alienis in præfatione, 7
ejus ſolennibus intermisſis, immoremur nimiùm, abrumpimus, De-
um Ter Optimum, Terque Maximum pro felici Inauguralis Diſpu-
tationis ſucceſſu adorantes venerantesque precibus: Abs B. verò L. non
tantùm legendi & cognoſcendi, ſed &, ſi quid vel minùs eleganter 8
dictum, craſſè compoſitum aut deductum, ignoſcendi ſollicitamus
benivolentiam: Divini nunc Numinis munimine & B. L. muniti 9
favore, alacri animô rem adorimur diſputabilem.

# CAP. I. exhibet
## OBSIGNATIONIS JUDICIALIS GENERALIA.

1. Verborum ſignificatio ſusq; deq; non habenda.

NE præpoſterè & inverſô procedamus ordine, Verborumque, quibus res ſignificantur, ſusque deque habeamus cognitionem & pondera, exemplô glorioſiſſimi Imperatoris Juſtiniani Verborum ſignificationibus peculiarem titulum in Digeſtorum libris vendicantis, & priſcorum Jctorum Ælii Galli, Gaii, Pauli, Servii &c: de Verborum, quæ ad jus pertinent, inquiſitione admodum ſollicitorum magis magisq; excitati ſuccinctam vocum, qvas Rubrum exhibet, evolutionem, antequam viſcera rerum ſcrutemur, præmittimus, notamusque, *Obſignationis* vocem ex particulâ *Ob*, modò vicem præpoſitionis *ad*, modò, quæ eſt *circum* ſubeunte, v.g. urbem obſideri, obvallari, & ſignificatu pari obſignari. Corvin. *Lex. Jurid. V. O.* & Ambroſ. Calep. *in Diction.* & ex verbo, *ſigno*, plura admittente compoſita, ut conſigno, ſub & reſigno eſſe conflatam. Simplex *ſignare* verbum generale, & eſt ſignum quodcunque imprimere, & aliquid, ne cum ceteris rebus confundatur, imponere, & communi loquendi uſu & in jure adeò latè patet, ut ea etiam, quæ accuratiùs & ſpecialiùs *ob* & *conſignari* dicuntur, illô verbô ſignificentur. Sic quæ ſeptem teſtium ſignis roboratæ teſtamenti tabulæ, ſignatæ dicuntur. *l. 7. ff. de Bonor.* Poſſ. *ſecund. l. 12. ff. de injuſt. rupt.* Signata ciſta *l. 1. §. 41. ff. Depoſ.* Signata pecunia l. 39. *ff. de ſolut. junct. l. 5. ff. de* Leg. *Comm*: ſimpliciter pro *obſignatis* dicuntur: ex quâ promiſcuâ verborum, & ſimilis nominum ſignorum, ſignaculorum & ſigillorum §. 2. 3. *Inſt. & l. 22. §. 5. ff. de Teſt. Ordinand. l. 1. §. 36. ff.* Depoſ. *l. 4. ff. Teſt. quemadm. ap. l. 11. ff. de injuſt. rupt.* & ſimplex Signatorum ad teſtamenti, nuptiarum

2. Obſignat. vox ex præpos. ob & verbô ſigno compoſita.

3. Quàm latè verbum ſignare pateat in jure.

4. Verbi generalitatem probant LL.

5. Sumuntur promiſcuè ſigna, ſignacula, ſigilla.

tiarum vel cujusque alterius negotii tabulas annulis ſuis obſignandas adhibitorum dependet appellatio *l. 32. in f. ff. de furt. l. 6. l. 7. ff. teſt. quem. aper. l. 3. §. 9. ff. de tabb. exhib.* Con & obſignationis voces quod concernit, & illæ in jure, hôc, qui nobis eligendus ſignificatus, videntur coincidere: Conferantur *l. 56. §. 1. ff. Mand. l. 28. inf. ff. de Adm. & peric. tut. l. 9. C. de Solut. l. 7. C. de pact. inter emt. & vend.* in quibus *Obſignari* pecunia, quæ in *l. 12. C. de Compenſ. l. 19. C. de Uſur. & l. 20. C. de Pign. & hyp.* dicitur *conſignari*: Quod tamen verbum & ad alias rerum cauſas exprimendas in juris textibus trahitur. conf. *l. 13. §. 6. ff. de Act. emt. & l. 9. §. 5. ff. de pæn.* *Signare* contra & *ſubſignare* in jure ita diſcernuntur, ut illud annulô vel ſigillô, hoc calamô, ſubſcriptione & obligatione perficiatur. *l. 39. ff. d. V. S.* ex quâ Imperatoris Juſtiniani in *l. 28. §. 3. C. de admin. tut. vel curat.* & JCti Calliſtrati verba *in l. pen. §. 10. ff. de Jure immunit.* accipiunt interpretationem, ut ſubſignatæ res & facultates ibi dicantur, qvæ ſubſcriptione obligatæ. Quamvis autem nunc ob illam, qvæ in LL. allegatis deprehenditur, verborum & nominum permiſtionem, parùm intereſſe videatur, utrum præſenti themati vel Signationis, Con aut Obſignationis liberè vendicemus vocem, attamen cum commodius unam eligi, & ſingulas cauſas ſingulis diſtingui appellationibns *arg. §. 5. Inſt. quib. mod. teſt. inf.* Obſignationis vocem, ut hodie uſitatiorem & frequentiorem, nec aliis ſignificatibus adeò obnoxiam, in hâc Diſſertatione, ſub linguâ vernaculâ die Verſiegelung (qvæ translatio etiam in Germanicâ Bibliorum verſione ſæpè occurrit, conf. *Matth. c. 27. v. 66. ib:* verſiegelten den Stein. *Dan. 6. v. 17. ib.* Sie brachten einen Stein den verſiegelte der König mit ſeinen eigenen Ring.) tuebimur, actum, quô res ſigilli impreſſione aut appoſitione, ne auferantur, diminuantur, corrumpantur &c. occluduntur atque muniuntur, indigitaturi.

6. Con & obſignatio hîc coincidunt.

7.

8. Quomodo ſignare & ſubſignare in jure diſcernantur.

9.

10. Commodius eſt unam eligi vocem.

11. Obſign. Deſcriptio.

Sequitur & altera Rubrô expreſſa Vox abs ambiguitate liberanda: Obſignatio duplici modô *Judicialis* nomen ſuſtinere poteſt: (1.) ut ſignificet Obſignationem, *privatâ* quidem *autoritate*, ſed in *judicio* factam. (2.) Obſignationem *publicâ* judicis vel Magiſtratus *autoritate* extra *judicii* locum

12. Obſignatio duplici modò eſt judicialis, ratione loci & facti.

*locum* ſuſceptam, prævià unius partis imploratione, aut ex
14. officio. Illa *loci* intuitu, pro judiciali, ſed *facti* pro extraju-
diciali aut privatâ potiùs habenda: Hæc contra, reſpectu *bujus*,
15. Effectib. non deſtituta Obſ. privatâ autoritate ſuſcepta, ſed parit pleniſſ. liberationem. pro judiciali & publicâ, *illius* pro extrajudiciali ſalutanda. Illa
privatâ autoritate in judicio tamen ſuſcepta pro diverſitate cau-
ſarum diverſos parit effectus, conf. Fab. *in C. L. 4. tit. 36. D. 17.*
Mart. Pegii *Tract. de Pact. Retrovend. c. 16.* das das Geld verpitſchie-
ret ſolle hinderleget werden; & potiſſimùm quoad pleniſſimam libe-
rationem, quam cum depoſitione & ſolenni oblatione coniun-
cta, imò & ſine hâc, certis caſibus, ſi vel non ſit, cui tutò ſolvi poſ-
16. ſit, arg. *l. 7. §. ſed hodie. ff. de Minorib. l. 17. §. 3. ff. de Uſur.* junct.
*pr. Inſt. de Aut. tut. & §. f. quib. alien. lic.* vel non conſtet, cui
pecunia debeatur, creditore mortuô aut hujus creditoribus
de jure prioritatis diſceptantib. arg. *l. 18. §. 1. ff. & l. 6. C. de Uſur.*
Meier. *C. J. A. tit. de Pign. act. th.* 4. Zanger. *Tr. de Except. p. 3.
c. 2. n. 155. & ſeq.* Fab. *in C.* L. 4. *T.* 18. D. 6. *in N. n. 5.* ipſô jure parit,
17. Ad hunc effectum eſt neceſſitatis. quàm maximè famoſa exiſtit in jure, & neceſſitatis eſt: Licet enim
pecunia debita, realiter, in juſtâ quantitate & qualitate, tempore
& locô opportunis, teſtatò à debitore Creditori oblata, isque re-
18. cuſaverit ita oblatam, tamen niſi poſteà, prævià partis adverſæ ci-
tatione, (quam arg. *l. 47. ff. de Re Jud.* Schultz. *tr. de Obl. & Obſ. c. 4.
n. 28. Carpz. L. 5. R. 99. n. 24.* requirunt, licet eadem ſecundum ju-
ris communis diſpoſitionem non videatur neceſſaria *arg. l.* 6. 19.
*C. d. Uſur.* Richt. L 2. D. 75. *n. 24.* ubi Jenens. Præjud. Lauterb. *v. 2. Diſp.
4. de Depoſ. Jur*). crumenæ, ſacci aut ciſtæ, cui factâ numeratione
incluſa pecunia, obſignatio facta fuerit, ſignis vel ipſius debitoris
Lauterb. *all.* D. aut aliorum ſignatorum adhibitis. *l. f. ff. d. L. Commis.*
pleniſſimæ liberationis non ſequitur effectus, ut curſus uſu-
rarum ſiſtatur, pignora liberentur itemque fidejuſſores, pericu-
lô omni, non dominio arg. *l. 55. ff. d. O. & A.* Donell. *ad. l. 19. C. d.*
19. Confirmatur hoc LL. autoritat. DD. & præjud. *uſur.* Lauterb. *all. Diſp.* in creditorem derivato & tranſlato. *l. 6.
l. 19. C. de Uſur. l. 9. C. de ſolut. l. f. C. de Luit. pign. l. 10. C. de pig. act.*
Meier. *C. J. A. tit. de Solut th.* 24. Carpz. L. 5. *Reſp. 99 n. 22. & Reſp.* 100.
*& p. 2. C. 28. D.* 6. Fab. *in C. l. 4. tit. 18. D.* 5. Mev. *p. 2. D. 199.
& 101.* Brunn. *ad l. 6. C. de Uſur.* Schultz. *Tract. alleg. c. 6.
& c. 4. n. 30.* Ubi hanc in ſententiam Reſp. Facult. Witteb.

his

his verbis ſubjicit. Wan gleich die erfolgete Depoſition &c. Dieweil aber die Obſignatio, als ein ſubſtantiale requiſitum nicht erfolget/ ſo mag dieſelbe für kräfftig nicht geachtet werden/ V.R.W.

Sed cum hanc potiſſimùm *loci ratione* Judicialem Obſignationem & ex Jure Civili Scripto dependentem & ad modò citatas LL. ſimileſve à DD. & ſpeciali tractatu *ab alleg.* Dn. Schulzen & *alleg. Diſſ.Dn.*Lauterb.ſatis plenè jam exhibitam hâc diſſertatione enucleare animus non ſit, ſed potiùs alteram Obſignationis Judicialis ſpeciem, modò ex Officio à Magiſtratu ſuſceptam, modò ad partis inſtantiam, & moribus inductam, illâ miſsâ, de hâc,ſub ling. germ. Der Gerichtlichen/ oder Obrigkeitlichen/ in ſequentibus erimus ſoliciti, diſtinctò viſuri ordine quis (1.) hujus Obſignationis ſit *Competens Judex* (2.) quibus *Limitibus* eadem incluſa, & *quando* ad *Partium inſtantiam* indulgenda, quibusque ex cauſis (3.) à Magiſtratu *ex Officio Nobili* expedienda, & quæ deniqve (5.) quoad factæ præcipuos Obſignationis *Effectus*, *Reſignationem*, *Jmpenſas*,& *Tempus* annotari merebuntur.

20. Non agitur hic de Obs. ratione loci judiciali.

21. Sed de alterâ indigitatâ ſpecie.

22. indicatur tractationis ordo.

# CAP. II. ſiſtit
## COMPETENTEM OBSIGNAT. JUDICEM ET PERSON. ACCESS.

Publicæ ſive Judicialis Obſignationis cauſam efficientem conſtituimus competentem Magiſtratum, & ſic publicam perſonam fundatam habentem Jurisdictionem: Duo ergò,ut hæc Obſignatio debitum ſortiatur effectum, plenèqve operetur, requiruntur potiſſimùm (1.) ut à Judice ſive Magiſtratu fiat, (2.) ut ille ſit competens; *t. t. C.Si à non comp. Jud. iud.& l.5.C. de Jurisd. omn. Jud.* cum obſignatio ſit Jurisdictionis actus. Cothm. *Reſp.* 47. *v.3.n.169.* & non voluntariæ, ſed contentioſæ, cujus requiſita, conf. Struv. *S. J. C. Ex. 4.th.70.* Suth. *Diſſ. de Jurid. n.* 326. Dn. Lauterb. *v. Diſſ. de Volunt. Juriſd.* hic non deficiunt; Unde ſponte fluit, non ſufficire, Obſignationem Teſtibus atq; Notariò adhibitis eſſe ſuſceptam, nec qvalemcunqve aditum eſſe magiſtratum: Quis verò Judex, ut ejus autoritate cum effectu ſuſcipi poſſit Obſignatio, ſit competens,hôc, ut contrahamus multa, explanamus axiomate. Quicunqve Judex *perſona* eſt competens, ille etiam reſpectu *rerum* obſi-

1. Quæ efficiens. Obſig. jud. cauſa & qvæ ad illam reqvirantur.

2. Obs. eſt actus jurid. contentioſæ

3. Qui judex competens.

4. Res ſequuntur perſonam, & non ſeparantur.

*obſignandarum* eſt talis. Cum enim obſignatio res tangat mobiles, & hæ ſequantur perſonam. Mev. *p 4. D. 100.* Gail. L. 2. *O. 124. n. 18.* ut acceſſoria principale. Oldrad. *Conſ.* 83. *n.* 2. Bertrand. *Conſ.* 121. *n 3.* Carpzov. Deciſ. 1. *n. 5.* & non minùs ſeparentur, quàm anima & corpus. Cothm. *v.* 1. *Conſ.* 21. *n* 71. *ſeqq.* Klock. *de Contrib. c.* 11. *n* 19. non eſt inconveniens, ut qui *perſonæ* Judex, idem ſit *bonorum. arg. c.* 3. X. *de Donat. inter. V. & Ux.* Oldrad. & Bertrand. *cit. Conſ.* Carpz. *all. l.* Inferimus inde, quodſi in unâ eâdemqve civitate diverſi ſint Magiſtratus, & juſtitia cauſæ poſtulet bona obſignari, obſignationem à magiſtratu *perſonæ* competentem eſſe peragendam, alterô abs hujus actus exercitiô, licet in locô ejus Juriſdictioni ſubjectô *res obſignandæ* deprehendantur, excluſô; Niſi locus, ubi obſignationis peragendus actus, & bona jacent, fuerit ſingulariter privilegiatus, & vel ſpecialis tranſactio, vel inveterata conſvetudo aliud dictitet.

5. Qui perſonæ judex, idem bonorum.

6. Quæ inde illatio.

7. Illationis exceptio.

8. Regula & illatio exemplô illuſtratur.

Ut autem ad ſpecialiora deſcendamus, datam regulam & illationem evidenti Studioſorum & Academicorū, Juriſdictioni Magnifici Rectores in Urbibus ſubjacentiū exemplô illuſtramus, conſtanter aſſerentes, ſi vel ob commiſſa abs illis delicta & arreptam fugam, aut ob ex hâc vitâ diſceſſum, aut aliam urgentem cauſam, bonorum relictorum neceſſaria videatur Obſignatio, hanc, non niſi abs Academico Magiſtratu eſſe poſtulandam, & illius autoritate, ut legitimâ, perficiendam. Sed hæc minus dubii habent, ſi conſtet, illum, de cujus rebus agitur obſignandis, Juriſdictionem Academici Magiſtratus, quod in civium numerum ritè receptus, agnoviſſe: major exoritur dubitatio, quis Magiſtratuum potiori quoad obſignationem aliosve actus nitatur Jure, ſi talis receptio aut nominis profeſſio, aut ſubjectio nondum facta, v. g. ſi quis Studiorum cauſâ ſe ad urbem contulerit, ſed nondum nomen profeſſus & diſtulerit hactenus: inhæremus adhuc præmiſſæ regulæ, &, ſi obſignatione, ut fieri facile poteſt, opus, Academicum Magiſtratum arbitramur præferendum, firmâ hujus deſtinatione, & *auth. Habita C. ne filius pro patr.* ſimpliciter venientibus ad Academiam, nullâ immatriculationis factâ mentione, privilegia indulgente moti atqve inducti. Vid. Cothmann. *Reſponſ. Acad.* 49.

9.

10. Academ. præfertur in Studioſi non inſcripti. reb. obſignandis.

Quas

Quas aſſertiones non infringit aut debilitat, quod & *locus rei* 11. Removetur objectio.
*ſita, etiam mobilis*, non diu permanſuræ, ſecundum veriorem
Juris Jnterpretum ſententiam arg. *l. 24. §. 2. & l. 38. ff. de. Jud.* Mev.
*p. 4. D. 74.* Carpz Proceſ. *tit. 3. art. 3.* Struv. *S. J. C. Ex. 9. th. 53.* Lauterb. 12. quando rei ſitæ locus attendatur.
*ad tit. ff. de Judic. Lit. J* competentem reddat Judicem; cum hæc
maximè procedant, ſi *realis* inſtituatur *actio*, aut ipſa res peta-
tur, ſecus ubi rerum tantum cuſtodia, & ne auferantur, quæ-
ritur impedimentum, & ille, cujus res obſignandæ, in loco
rerum ſitarum agnoſcat, aut reliqverit Magiſtratum perſonæ 13. Actio perſonalis rem concernit.
competentem: Actio perſonalis & ſuô modô rem concernit, &
illâ ad rem agitur, ecquis verò id propter Judicem, in cujus ter-
ritorio res, quâ de lis, deprehenditur, pronunciaverit com-
petentem?

Ubi demum Judici de Obſignandi liquet competentia, 14. judex competens quomodò ad Obſig. debeat procedere.
*arg. l. 2. §. 6. ff. de Jud. l. f. ff. de Juriſd.* Mev. *p. 1. D. 7. n. 5. & D. 67. n. 5* ad
eandem procedat, provideatqve, ne facilem ſe præbeat in indi-
ſtinctè ex officio, & ad quamvis pertinaciùs factam inſtanti-
am decernendâ obſignatione, quin potiùs ſummariâ inquiſiti-
one diligentiùs ſecum, an cum injuriâ conjuncta & præjudicio
aliorum, diſcutiat, & prout deprehenderit, agat circumſpectè,
hâc neglectâ & poſthabitâ injuriæ oritur præſumtio.

Principalis, quæ in Obſignationis actu occurrit perſona, cujus 15. judex omnib. actib. non poteſt ipſe intereſſe.
præviâ autoritate & juſſu is ſuſcipiendus, ſecundū tradita eſt Ju-
dex competens, & cum is ob multifaria, qvæ quotidiè expedienda
cumulantur negotia, ipſe actibus extrajudicialibus intereſſe im-
pediatur, nec dignitas ejus id videatur permittere, neceſſe eſt, 16. Actus tamen autoritate judicis abs aliis fide dignis ſuſcipiendi.
ut aliæ acceſſoriæ, à quibus perficiatur Obſignatio, interveni-
ant perſonæ; cavendum tamen, ne aliis, quàm quarum fides
perſpecta, legalitas dexteritasq; judicio ſatis probata, hoc Obſi-
gnationis negotium committatur: Inde & obtinuit, ut Secretarii
aut Actuarii peculiari Jurejurando Judicio Senatuive devincti, 17. Quales Secretarii & alii jurati.
unà cum aliquot miniſtris publicis ſive Apparitoribus, aliis-
ve teſtibus Obſignationi ſe immiſceant, præſenteſve curent,
omnia bonâ fide peragi, debitôque locô ſigilla imponi. Si
his morbus, ætas aliæve cauſæ ſint impedimento, quô minus 18. Si hi impediantur, alii à judice ſubſtituendi.
hanc rem ipſi exequi poſſint, non videtur abs illorum liberô
depen-

dependere arbitrio, quibuscunq; Judicii ſigillorum uſum committere velint: Judicis itaq; in ſubſtituendo requirendus
19.& qvales, ne injuriæ detur occaſio. aſſenſus, illiusq; diſcretione providendum, ne illegales mittantur & teſtes adhibeanrur, Parsq;, ſi vel Obſignationi tandem acquieverit, contra hos tamen illorumq; illegalitatem excipiendi & iniuriarum agendi nanciſcatur occaſionem, & eosdem non admittendi cauſam.

## CAP. III. affert JUSTIFICAS OBSIGNAT. CAUSAS PARTE JMPLORANTE.

1. POſt brevibus delineatam Judicis quoad Obſignationis actum competentiam & perſonarum acceſſoriarum legalitatem, hôc capite, *an & quatenus Judex ad Partium inſtantiam indulgere poſſit Obſignationi*, exhibituri, admonitioni modô factæ inhæremus, & conſtanter convenienterq; dicimus, Judici facilitatem in decernenda Obſignatione omninò eſſe vitandam, non immemori, impudens litigioſorum hominum genus non verecundari ſub velamine Juſti & Æqui colore, injuſta & iniqua contra *l.3.C.de precib.Jmper.off.& t.t.C. Si contra Jus.* in ſpem victoriæ quærere remedia: qvæ inter & referenda Bonorum Obſignatio, nec cauſâ juſtâ, nec Jure petentis liquidô exiſtente, cœptâ lite aut pendente poſtulata; Cauſarum qvæ momenta movent, ne à rerum areſto, bonorum deſcriptione, præceptô de non alienando, executionis ſpeciem habentibus fiat initium, Mev. *p. 2. D. 299. n. 1. p. 3. D. 315*, & *tract.de Areſt. c. 1. n. 6.* eadem videntur evincere faciliùs, nec ab Obſignatione proceſſum incipere, juſtum eſſe & æquum: rem ſiquidem omnem penſiculatè penſitanti fatendum omninò erit, recenſitis odioſis oneroſisve remediis Obſignationem apparere graviorem, majorisq; præjudicii & incommodi; præterquam enim quòd executionis ſpeciem involvat Obſignatio, omnem rebus utendi, fruendi tollit adimitq; facultatem, ut nec poſſeſſori, nec aliis res magè vel conſpiciendi, meliùs cuſtodiendi curandiq; relicta libertas: quæ conjunctim omnia non poſſunt non inferre gravamen & ad ſummam, aut, ut DD. loquuntur, irretracta-

2. Judici in Obſig. vitanda eſt facilitas
3. Injuſta ſæpè petuntur.
4. His quando Obſign. annumeranda.
5. Ab executione non inchoandum.
7. Obſign. magis gravat, quàm areſtum &c.
8. Incommoda Obſignationis.

tractabilem illius, qui patitur invitus, vergere injuriam *arg.l.4. C.de contr. emt. & l. 13.§.7.ff d.Injur.* Areſto rerum indictô, uſus, qui absq; translatione & amotione, rerum ſubſtantiâ ſalvâ, contingit, minimè impeditur. conf.Mev. *p.7. D.234.* quod nec bonorum efficitur deſcriptione,& præceptô de non alienando interveniente. Coler. *de Proc. Execut. p. 1. c.2. n. 83. ſeqq.* Proſtant evidenter ex Obſignatione reſultantia gravamina, quæ, ut & Superioris Magiſtratus exprobrationis metus, læſæque conſcientiæ morſus Judices à præproperè eâdem decernendâ abſterrere debebant, quòdque gravatæ parti, legibus integrum ſit, tales ſine juſtâ cauſâ & ejus prævia cognitione de facto, fiduciâ magiſtratus,procedentes, ut privatos injuriarum, cum nec Magiſtratui liceat aliquid agere iniuriosè, & L. Aquil. actione pulſare. *l.32. ff. de injur. l.29. §. 7. ff. ad L Aquil.* Cothm *v.4. Conſ. 6.n.25.* Mev. *p. 5. D.388. n. 1.* & *p.7. D.85. n. 3.* Richter *D. 77. n. 24.* Berl. *D.107.* Brunn. *ad* LL. *all.* Verùm tantum abeſt, ut & his ſe moveri patiantur, quin potiùs forti contrà, quæ alioqui pro Magiſtratu in partem meliorem militat, præſumtione *l. 2. §. 20.ff. de Vi.Bon.rapt.l.2. C. de Off. Civil.Jud.c. 6. X. de Renunc.* Maſcard. *de Probat.* C. *1006.* Mev. *p.1. D.1. in f.* & *p.2.* D.47. *n.3.13.* & evidentiſſimè in contrarium probandi,quâ contra Magiſtratum acturus adſtringitur difficultate,& ſumptuoſâ pariter & periculoſâ dubiæ litis perſecutione animati firmatique Judices, ſæpè in injuſtis periclitentur, & horum fiduciâ non ſegniùs in cauſis privatorum, quàm ubi Publici Boni obtenditur velamen. Imò & in eo qværunt præſidium, læſisque ſœpiùs reſpondent, ſi quæ injuriæ à parte petente illata ſpecies, & datum per Obſignationem ſit damnum,ad hoc quoque reparandum, & ad illam vindicandam faventia juris prodita eſſe remedia. Proh! nimiùm quantùm hi ab officii,juſtitiæ & æquitatis deflectunt tramite; Judicum eſt,lites, cum illarum multiplicatio odioſa & Publico nociva amputare & tollere *l. 13. §. 1. C. de Jud. c. 5. X. de dol. & contum.* Parth. Litigioſ. *L. 2. c. 9. n. 1.* non augere, & illarum, cum injuria & damno aliorum, nova ſpargere ſemina.

9. Areſto indicto uſus non impeditur.

10. Quæ à præcipitatâ obſignat. abſtrahere debent.

12. Contra Magiſtratum agere licet.

11. Pro eô tamen eſt præſumtio

13. & difficilis cum eô actio

14. His inductus tamen nonnunquam periclitatur.

15.

16. Quantum proh! ab officio eô ipsô deflectis.

Qvibus nunc, ad facilitatem Judicum in decernendâ

 ad nu-

ad nudam cujusq; petitionem & ex qvâcunq; cauſâ Obſignatione cohibendam, in anteceſſum prælibatis, ejusdem *juſtificas cauſas*, cum non immeritò, inſtar arreſti &c. pronunciari

17. Obſign. regulariter impermiſſa.

regulariter poſſit impermiſſa. Mynſ. *Reſp. 66. n.* 14. Scharf. *Conſ.15.n.1.*luſtrabimus: In *Juſtificarum cauſſarum* tribum primô locô referimus *omnium*, *qvorum intereſt, favorem & emolumentum*:

18. Suſtinet Obſignat. omnium favor & emolumentum, contra aliorum contradictionem.

qvorſùm ſi verſimiliter poſtulata à Magiſtratu Obſignatio tendere intelligatur, cum nec ſic de executione participet, non eſt, cur idem tergiverſari velit, & unius alteriusve contradictioni levi plùs, qvàm omnium tribuere commodo; Jntendimus digitum ad caſum, qvando illi, qvi in loco aut ædibus defuncti præſentes, & verecundâ cogitatione communis hereditatis lites, monitore Ulpianô in *l. 4. ff. de alienat. jud. mut.* exſecrantes cum cohæredibus, legatariis & creditoribus ex fide acturi, ut à ſe inſimul ſiniſtram rerum hæreditariarum præoccupationis, & negligenter factæ cuſtodiæ amoveant ſuſpicionem, pretioſis ſub ſigillo publico, usq; inventationis actum, intactis ſervatis, Judicis officium in decernendâ obſignatione implorant, ab omni ſuſpectô rerum uſu, intermediô tempore, abſtinentes.

19. Laus eſt, exſecrari lites, b. f. agere, & ſiniſtram amovere ſuſpicionem.

Laudanda ſanè horum hæredum præſentium optima intentio, litiumq; averſio, dum etiam id, ad qvod ſcriptarum LL. vinculis non tenentur, cum tamen diuturnis moribus conſenſu utentium comprobatis inductum, temerè negligere minùs tutum ducunt, non ignari, parùm, pronunciante Juliano in *l. 32. ff. de LL.* intereſſe, num *ſuffragiô* populus *voluntatem* ſuam declarârit, an *rebus* ipſis & *factis*.

20. Qvod morib. inductumæq; cuſtodiendum.

In *Juris Juſtinianei* libris atq; voluminibus nil ſancitum *de Obſignatione* poſt defuncti obitum procurandâ. Richter. *Decis. 59. p. 1. n. 15.* nec in *l. f. C. de Jure delib.* ſingula inventarii ſolennia exhibente, Obſignationis præcedaneæ injicitur mentio; *Moribus* tamen *quorundam locorum* ita neceſſaria facta videtur Bonorum obſignatio, ut ſi omiſerint, vel ſaltem nimis ſerò, poſtqvam per dies aliqvot ſe immiſcuerint hereditariis rebus, hæredes eandem curaverint, vix ac ne vix qvidem diſſipatæ hæreditatis ſuſpicionem iidem evitent. Liberaliùs in chartam effu-

21. In Jure nil extat de Obſign. poſt obitum curanda.

22. Moribus illa neceſſitatis facta; ut omiſſa noceat.

ſa ap-

ſa appoſitè dulcidèq; confirmat Dn. Hahn. in Diſp. ſub ejus Præſ. Helmſtad. A. 1661. De Benef. Invent. hæred. habitâ. th. 27. *Fraudis*, inquit, *ſuſpicionem effugiet hæres, ſi poſtquam reſciverit, ſe eſſe hæredem, curet, res defuncti obſignari: quod neceſſarium quaſi antecedens ferè eſt hodiè inventarii.*

23. Dicta firmantur ſatis auct. ICt. Hahnii. & Reſp. Facult. jur. Lipſ.

Accedit roboratq; dicta ulteriùs *Reſponſum Facult. Jurid. Lipſienſ.* in cauſa Joh. Dreſchſelin *A. 1630.* datum, & ab alleg. JCto Richter. d. l. *bis* exhibitum *formalibus.*

24. Verba Reſponſi allegati.

Ob woll zu recht außdrücklich nicht verſehen oder verordnet/ daß die Verlaſſenſchafft nothwendig geriechtlich/ oder ſonſten müſte verſchloſſen oder verſiegelt werden/ und was die Rechte außdrücklich nicht erfodern/ woll mag unterlaſſen werden. Dennoch aber und die weil gemeiniglich die Verlaſſenſchafft von einen jeden/ ümb ſeine beſſern verwahrung willen/ allen böſen verdacht und Argwohn von ſich zu wenden/ pfleget verſiegelt zuwerden/ und was auß beſtändigen gewiſſen Urſachen eingeführet/ gleich denen beſchriebenen rechten in Acht zu nehmen/ So hätte auch der Wittwen und der unmündiegen Kinder Vormündern/ da Sie böſes verdachts ſich entbrechen wollen/ ihres Haußwirts und Vaters Verlaſſenſchafft gerichtlich verſiegelen zu laſſen/ in alle wege obliegen und gebühren wollen. 25.

Statuminatur inſuper præmemorata ſententia *duobus Præjudiciis* à JCto Carpz. *p. 3. C. 33. D. 10.* expreſſis,

26. Non factâ obſignatione Inventarium juramentô verificandum, juxta alleg. DD. & Carpz. Præjudicata.

qvibus & idem JCtus id evincere annititur, ob rerum poſt obitum defuncti vel plane non, vel juſtô tempore non factam obſignationem, & ortam inde diſſipatæ hæreditatis ſuſpicionem poſſe arctari hæredes, ut inventarium etiam rite ſolenniterqve confectum (licet huic alioqvin, ut inſtrumento publico *l. 13. C. in f. Arbitr. tut.* donec contrarium doceatur, defectusq; demonſtrentur, ſtetur, juxta *DD. in l. all. & l. f. §. 10. C. de Jure Delib.* Maſcard. *de Probat. C. 339.* Mev. *p. 4. D. 92. & ad J. Lub. in add. ad* L. 2. *t.* 2. *a.* 27. *& p. 7. D. 50. n. 1.* nec

27. Aliàs invent. & Specif. jurata ſimul exigi non poſſunt.

ſimul, ſecundum magis receptam ſententiam, inventarii exhibitio cum juratâ ſpecificatione exigi poſſit, Carpz. *p. 3. c. 33. D. 8.* Cothm *V. 2. C. 68. n.* 114. Rauchb. *p. 1. Q. 29. n. 8.*) jurisjurandi religione corroborent ac muniant. arg. *l. f. §. ſic ubi. C. de his qui ad eccleſ. & l. f. §. all.* C. *de Jure delib. junct. l.* 38. *ff. de Jurejur.* Conf. Movius *in Diſſ. Inaugur. De Jurat. Specif. Hæred. c. 2. §.* 12. *Francof A.* 1665.

*A.* 1665. *habitâ.* Brunnem. ad *l. ult. C. de Jure delib.* §. 2. 3. Richter. *p.* 1. D. 59. *n.* 13. omiſſâ obſignatione Juramentum urgentes.

Et cum *alleg. JCti Carpz.* & ſequacium mentem *Præjudicatorum verba* magis explanent, eadem & huc tranſcribimus.

28. Verba Præjudicatorum.

Da nun die gläubieger beybringen könten / daß die Erben die Erbſchafft alſo bald gebürliechen nicht *obſigniren* laſſen / So wehren bemeldete Erben / das auffgerichtete *inventarium* mit ihrem Eyde zu beſtärcken ſchüldig. V. R. W. Publ. in cauſa Præfecti Plavienſis *Menſ. Jun. A.* 1630.

Ob nun wolgedachte Wittib ſich hiezu nicht verſtehen will / fürgebende / das ſie ein Inventarium auffrichten laſſen / dannenher ſie / weil noch zur Zeit der angeführte Verdacht wieder ſie nicht beybracht / noch außgeführet worden / mit der eydlichen Specification nicht zubeſchweren.

29. Die weil Sie aber dennoch nicht alſobald nach des Mannes Abſterben / in maſſen ihr zu thun obgelegen / ſondern aller erſt des dritten Tages nach der Begräbnis / verſiegelen laſſen / und alſo dieſes *puncts* wegen nicht richtig verfahren etc: So hatt Sie ſich auch mit ihren Einwenden nicht zu behelffen / ſondern Sie iſt das auffgerichtete *inventarium*, ehe und zuvor eine richtiege Erbtheilung geſchicht / mit ihrem leibliechen Eyde zubeſtärcken und zu beſchweren ſchuldig / V. R. W. ad requiſitionem Senatus Numburgenſis *Menſ. Novembr. A.* 1633.

30. Qvid operetur juſtô tempore ſuſcepta Obſignatio.

E contrariò ſin maturrimè, adeòqve juſtô tempore ſuſcepta erit Bonorum Obſignatio, expilatæ hæreditatis ſuſpicionem tollet, à moleſtâ inquietatione liberabit, probandique onus, in majorem ſubſtantiam à defuncto eſſe derelictam aſſerentes devolvet, nec inventarium confectum juratò verficari

31. opus erit. Joh. Fuchßen *Tract. de Invent. c.* 5. *n.* 16. 18. modò non aliunde, factâ licet obſignatione, expilatæ hæreditatis extent indicia

32. Multa abs hominib. ſuſcipiuntur ſimulatè, ut aliquid egiſſe videantur.

& probentur evidenter: ita namq; hodierna proh dolor! tempora, ut multa abs hominibus ſuſcipiantur ſimulatè, bonâ fide exulante: multorum in hoc obſignationis articulo jam detectus eſt dolus, vulturinô & furtivô impetu, ſpretâ dupli pœnâ *l. f.* §. 10. *in f. C. de Jure de lib.*, ſancitâ, hodie arbitrariâ & ſimpli reſtitutione, teſt. Richter. *D.* 59. *n.* 18. Struv. *S. J. Ex.* 33. *th.* 56. *in f. Carpz. pr. Crim. p.* 2. *Q.* 83. *n.* 84. rapidè clam & occultè bona ante præripientium, pretioſisq; mobilium furtô luctu-

luctuario amotis, Obſignationem Judicialem implorantium, ut rapacitatis & expilationis amoveant conjecturam, & hujus aliquando rei acti in factâ Judiciali B. Obſignatione præſidium quærere, ſeq; tueri valeant; at fruſtrà & conamine irritô, dolo interveniente, & ſi LL. *l. 12. ff. de dol. mal. l. 3. ff. de tranſact.* & ſimilibus plurimis incorrupta conſtat integritas, minimè patrocinante.

33. His dolus non prodeſt.

Illam, de hâc poſt mortem defuncti â proximô ab inteſtatò, aut deſignatô teſtamento hærede ſuſceptâ B. obſignatione immiſcemus controverſiam, *an ſcil. ex eâdem actus aditæ hæreditatis illativus inferri poſſit?* Et cum ſecundum LL. & DD. tradita non omnia facta res defunctorum concernentia hæreditatis aditæ conjecturam faciant, ſed illa tantùm, quæ citra jus & nomen hæredis fieri non poſſint, ut non quid factum, ſed quô animô factum, ſit inſpiciendum, §. 6. *Inſt de Hered. qual. & diff. l. 20. pr. & l. 22. ff. de acq. & omitt. hæred.* Menoch. *L. 4. de Præſumpt.* 101. Mev. *p. 1. D. 71. & ſeqq.* adeòque hoc animô quis, docente Ulpiano in *l. all. 20.* eſſe debeat, ut velit eſſe hæres, & ſi quid cuſtodiæ cauſa fecerit, non videatur pro hærede geſſiſſe, hujusq; cauſa maxime ſuſcipiatur Obſignatio, patet, ex eâdem, propitiô jure, ad factum aditæ hæreditatis illativum evidenter & neceſſariò colligi haut poſſe: cum cujuslibet, non verò ejus tantum, qui hæres eſſe vult, partes ſint, ut res collocentur in tutô, providere: Unde indiſcriminatim omnibus, qui tempore obitus in domo ac bonis defuncti ſunt, longiùsque moraturi, hanc utilem commendamus cautelam, ut, quò ſe à ſiniſtrâ ſubtractionis & neglectæ cuſtodiæ ſuſpicione Dn. Stryck. *tract. de Cautel. Contract. neceſſ. Sect. 3. c. 3. §. 3.* moleſtâ rationum redditione, juramentique à non præſentibus & aliis, quorum intereſt, delati præſtatione. Berl. *p. 1.* C. *81. n. 75.* Richter. *D. 58. n. 1.* Das ſie weder durch ſich ſelbſt noch durch andere ichts auß dem Sterb-Hauß gebracht / noch bringen laſſen *all.* Fuchſen *d. tract. c. 3 n. 89.* liberent, ſtatim poſt mortem, aut in momento mortis, Stryck. *all. l.* Bona omnia legitimè obſignari curent, ſicque ſibi, omnibusq; pariter provideant & vigilent.

34. Qvæſt.

35. Negativæ ſententiæ ratio.

36. Non quid, ſed quô animô factum, hîc inſpiciendum.

37. Cuſtodiæ cauſa Obſignatio fit.

38. Cujusvis eſt de cuſtodia rerum providere.

39. Ut cautela commendatur Obſignatio.

40. Formula juramenti, neglectâ obſignatione 41.



ortis

Tranſimus ad aliam Obſignationis figuram, quæ *aditâ hæreditate, (1.) Litibus in Diviſionis actu inter cohæredes exortis*, aut (2.) *contentione adhuc de Proximitate, quà ſucceſſionem*

42. Tranſitio ad aliam.

*incidente, rerum hæreditariarum poſſeſſione ab unâ parte jampræoccupatá*, peti ſolet, aut (3.) *heredibus legitimis ab inteſtato teſtamentô excluſis, & extraneis inſtitutis.*

43. Lites hæredum contrariantur *l. f. ff. fam. erciſc.*

Frequentiores de relictis defunctorum bonis in judiciis curiiſve altercationes, atq; vehementiſſimæ contentiones proteſtantur ſatis, quàm minùs piiſſimo Jcti Papiniani *in l. f. ff. fam. erciſc.* monito obſequantur cohæredes, communem hæreditatem conſenſu dividentes, aut inter domeſticas ædes de relictis tranſigentes:

44. Diviſionis initium melius eſt mediô & fine.

Conſpirantibus quidem in concordiam animis familiæ erciſcundæ ſuſcipitur actus, & initia ſunt meliora, ſed medium & finis ſæpè inclinant.

45. Litib. motis quærantur media diviſionis ſuſpenſiva & bonorum conſervativa.

Motibus concitatis & ortis, gravati læſiq; media meditari ſolent quibus diviſionis ſuſpendatur negotium, reſq; inter mediô tempore, dum lis pendet, collocentur in tutô, invaſionibus exemptæ. *Huic* obtinendo *fini* cum optimè inſerviat *Bonorum obſignatio*, eandem etiam peti communiùs obtinuit.

46.

47. Judici agendum hic cautè.

At judici hîc agendum circumſpectè, ne, inſtantiùs quidem poſtulatam, in ſummum aliorum præjudicium & incommodum, decernat Obſignationem, illis, quorum intereſt, contra famoſiſſimam *l. 47. ff. de Re Jud.* non auditis, nec causâ, ut res fert, ante cognitâ.

48. Quamdiu aliô mediô poteſt eſſe cautum, non ſunt odioſa decernenda.

In cujus dicuſſione ſi apparuerit, aliô modô aut remediô interim, dum lis verſatur, & diviſio ex prægnanti cauſa ſuſpenſa, cautum eſſe poſſe, & juſtum detrimenti metum, aut diſſipationis fraudiſve periculum ſubeſſe, legitimè minus hactenus demonſtratum, haut licebit ad odioſa proſilire & ſupervacua, indeque nec ad B. Obſignationem.

49. Circumſtantiæ legitimam hic reddunt Obſignationem.

Quod ſi verò hæc circumſtantiarum momenta aliaq; plura in contrarium ſe plenè cumulaverint, liſque incidens, liquidô petitoris jure & gravamine apparente, brevi terminari poſſit, & majora ceteroquin non factâ, ut poſtulatum, Obſignatione, metuenda forent incommoda, partibus Publicoq; maximè nociva, præſtat Judicem Obſignatione antevertere, quàm triſtem illorum expectare eventum.

50.

*Alterum* propoſitionis *membrum* ex modò dictis deductiſve diſcretôq; inſimul

ſimul, quô bonorum relictorum occupata poſſeſſio, modô, & litigantium jure deciſionem accipit. Si (1.) legitimè & non improbè illi, qui non negantur eſſe ſucceſſores, præoccupaverint hæreditatem, defendendi utique ſunt, nec à rerum uſu aliisq; commodis ad inſtantiam aliorum, quorum in ſucceſſione jus illiquidum & controverſum eſt, per Bonorum Obſignationem excludendi: Sin autem (2.) liquidò conſtiterit, litigantium jus æquale eſſe, omnesq; ordinem ſucceſſionis ex æquô contingere, litemq; callidè calumnioſèq; de proximitate moveri, quô præventæ & vulturiô modô, ut plerumque fieri ſolet, aliis præreptæ poſſeſſionis inanis quæratur color, & liberior in bonis communibus graſſandi ſit licentia, à cohæredibus hactenus, ut fas, non admiſſis, ut juſtè peti videtur B. obſignatio, ex prævio factô violentô & injuſtô, diſſipationis metu & detrimenti periculo imminente, ita & eadem ſine mora à Judice decernenda, ne vitioſa anticipata poſſeſſio illis commodum, his verò damnum afferat ſummum. Cothm. *V. Reſp. n. 9. & 180. 9. ſeq.* Quòd ſi (3.) ſucceſſionum proximitas æq; dubia, & neuter hactenus poſſideat, utroq; de conſequendâ poſſeſſione contendende, faciliùs ad inſtantiam partis Obſignationem Bonorum decernere poteſt Judex, quantò minori vel nullô litigantium cujusq; præjudicio tum conjuncta, utriusque utilitate in eô poſitâ, ut in eventum litis celeriùs dirimendæ omnia victori ſint integra & indeperdita. Quòd *Tertium* concernit membrum, quatenus ſcil., *excluſis teſtamentô Legitimis, ad extraneorum Hæredum inſtitutorum inſtantiam* decerni poſſit Obſignatio; non ignotum quidem, quòd ſperatæ hæreditatis ademtionem legitimi quôcunq; gradu conſtituti, nunquam non ferant dolentiùs, & quàm ægerrimè extraneo ſanguini cedant bona, omnibus intenti viribus, quò lite ex teſtamentô motâ, hæreditatis poſſeſſionem cum liberâ utendi fruendi facultate ſervent intactam: quæ uti nec temerè iiſdem eſt auferenda, ita nec facile danda occaſio, quâ vel in eâdem turbentur, aut, ne eandem plenè conſequi poſſint, impediantur. Interim cum *ultimis* Defunctorum *voluntatibus* admodùm *faveant Leges*, ut ſuprema hominum judi-

51. Hæredes legitimè occupantes hæreditatem per Obſig. non ſunt turbandi.

52. Si injuſtè occupata hæreditas, & ſubſit diſſipationis metus, ab æquè proximis obſ. petita indulgenda.

53. Fieri poteſt obſ. jure ſucceſſionis utrinq; dubiô, & neutrô poſſidente.

56.

57. Legit. hæredib. temerè non auferenda Bonorum poſſeſſio.

58. LL. favent ultimis voluntatib.

judicia exitum habere publicè expedire dicatur *l. 5. ff. Teſt. quemadm. ap. l. 1. C. de SS. Eccleſ.* & præprimis teſtamento, nullo vitio ſub ſenſum cadenti, ſeu viſibili laboranti, Judiciq; competenti oſtenſo aſſiſtant, breviſſimum procedendi & expeditiſſimum ſuggerentes modum *l. f. C. de Ed. Div. Hadr. toll.* exiſtimamus, Judicem, aliarum circumſtantiarum, quæ tempeſtivam urgent proviſionem, non neglectâ iuquiſitione & ratione, petitionem indulgentem, Bonorumq; Obſignationem decernentem eſſe excuſandum.

59. Maximè teſtamento nullô viſibili laboranti vitiô.

60. Quod judicem excuſat Obſig. admittentem.

Mittimus alios *hæreditatem controverſam* concernentes caſus, & ad illam juſtificam Obſignationis cauſam delabimur, quam *demortui obærati Debitoris ſuppeditat conditio*, & *Creditorum de damno vitando certantium juſta in occupandis in tempore bonis ſollicitudo tuetur*: antequam tamen ex hâc etjam causâ imploratus Judex Bonorum decernat Obſignationē, non minùs providè agat, probèque ponderet atque circumſpiciat, an qui deceſſit debitor ita ære alienô obrutus, ut bona nec Creditoribus ſufficiant, nec ullus ſit, qui reſpondere, & idoneam, de hereditatis indemnitate & ejus, quod debetur, ſolutione, cautionem offerre velit: quô caſu, ſicut in aliis beneficiis & remediis, quibus ſecuritati Creditorum conſulitur, indulgendis Judex ſe absq; calumniæ metu præbere poteſt facilem, ita nec ullum dubium, quin ad Creditorum pertinacem inſtantiam Obſignationem, donec lites ac controverſiæ de liquidatione, prioritate aliiſve incidentes inter illos tranſactæ aut deciſæ peragere valeat.

61. Juſtificat obſ. obærati debitoris mors & Creditorum vigilantia.

62. Si nullus ſit, qui reſpondere & idoneè cavere velit.

63. Creditorib. conſulendum, litib. de liquidat. &c. pendentib.

Ita in ſpecie *Jus Lubecenſe* Obſignationis remedio in caſu defuncti obærati debitoris Creditoribus ſuccurrit, illorumq; arbitrio rem committit. *tit. 1. art. 10. 16. ib.* und ſo man will verſiegelt werden: prout ergo obeſſe Conf. Mev. *ad all. art.* aut prodeſſe cernitur, & majori Creditorum parti *arg. l. 2. pr. ff. de Curat. Bonor. l. 7. § f. in f. ff. de pact.* aut partibus non convenientibus Judici *arg. l. 8. in f. C. de pact.* placuerit, expedienda, aut omittenda Obſignatio, ſtatimq; ſub initiô concurſus, conſtitutô curatore, ad bonorum diſtractionem ob caſuum pericula & cuſtodiæ

64. jus Lub. Creditorum arbitrio h. c. relinquit Obſignat.

65.

cuſtodiæ impendia, procedendum. conf. Mev. *p.* 2. D. 169. *ſeqq.* 66. Ad interim facta obs ſemper prodeſt.
licet in tempore & ad tempus fieri obſignationem nunquam
non proficere poſſit. Quod de defuncti obærati debitoris
bonis ad inſtantiam Creditorum obſignandis dictum ſimili- 67. Extenſio ad ſimiles caſus.
ter procedere putamus, *ſi* (I.) *Debitor quidem vivus*, *ſed abſens*
*& fugitivus* aut (II.) *præſens* etiam, *ſed carceri incluſus*, (III.)aut
*deperdita vitæ & decoctor*, aut (IV.) *bonis ceſſerit*. Quoad *de-* 68. (I.) Si debitor fugitivus.
*bitorem fugitivum* res videtur expedita, & cauſa petendi obſi-
gnationem ſatis juſta, cum enim perſonam jam ſubtraxerit
creditoribus, nuncq; latitet, juſtusq; inde ſubſit metus,
ne bona pretioſa aliò in præjudicium & damnum credito-
rum transferantur, aut ab aliis diminuantur, bona adhuc
relicta, ut qvantum poſſint, antevertant Creditores, obſi-
gnari non injuſtè petunt, & à Judice audiendi, *periculo in* 69. Periculô in mora, ſingularia admittuntur.
*mora exiſtente*, *cujus gratia multa ſingularia in jure recepta*,
*& per judicem admitti ſolent*. arg. *l.* 5. §. 12. *ff. d. N. O. N.* Certi
inſuper, teſte Dn. Cothm. *V.* 1. *Reſp.* 18. *n.* 445. 440. iuris eſt, quòd
debitoribus diu non apparentibus nec debitum exſolventibus, *li-* 70.
*ceat creditoribus inſulas, borrea, tabernas vel domos debitorum*
*autoritate Magiſtratus* vel *ſignare*, *arg. l.* 20. *ff. de injur.* vel etiam Licet ſignare & aperire abſentium debitorum domos.
*aperire*, & ea, quæ ibi ſunt, à publicis perſonis *deſcribi* curare,
ut JCtus Paulus eleganter reſpondet L. 56. *ff. Locat. cond.* &
quamvis idem *d. l.* ſcribat, in ejuſmodi re *tempus biennii* ob-
ſervari debere, tamen Juris interpretes *Judicis arbitrio* tem- 71. Tempus hîc eſt arbitrarium.
poris definitionem relinquunt. Odofr. *in d. l.* Bald. *in* L. 3. *C.*
*Locat.* Menoch. *d. A. J. Q.* L. 2. *c.* 1. *c.* 79. conf. Goth. *ad l.*
9 *L. o. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth.*

Cum Creditorum loco non hi tantum, qvi pecuniam credi- 72. Creditorib. ex delicto etiam ſuc currendum.
derunt, in jure accipiantur, ſed & illi, quibus ex delicto debe-
tur. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *ff. d. V. S.* & illorum petitio ſatis fundata ſit,
nil videtur æquiùs, quàm ut illis etiam illa remedia, quæ 73.
iam ad id, quod debetur, conſequendum præparant, con-
cedantur: unde nec minùs ac alii, ſi debitore delinquen- 74. Reô fugitivô facienda Obſignat.
te ac in fuga conſtitutô, & amotionis bonorum metu ſe exſeren-
te, poſtulaverint Obſignationem, audiendi ſunt. Vigore
*Conſtitutionis Crim. C. V.* ipſi Magiſtratui incumbit capitalis 7[illegible] etiam ex officio.
criminis reo in fuga degente per Obſignationem bonorum

atque deſcriptionem, illorum amotionem antevertere: de
76. quô *ſeq. cap. plura.* Quô munere ſi Judex ex officio, pro-
ut Juſtitiæ vigor poſtulat, tempeſtivè non fungatur, pro
hâc obſignatione ſine ullâ morâ faciendâ, illi, quorum inter
77. Utilis Obſign. homicidiô cummiſsô & læſis acturis ad intereſſe. eſt, juſtè Judicem implorant. Quæ cautela & providentia
in *caſu doloſi* vel *culpoſi*, conf. Beſold. *C. 290. n. 39.* Mev. *p.* 1. D.
*220.* commiſſi *Homicidii* maximè utilis exiſtit, ſcilicet, cum
occiſi viduæ aut liberi, aut parentes in ſolatium dulciſſimo-
rum liberorum amiſſorum conf. Mev. *p. 1. D.* 211. inter-
eſſe privatum & damnum homicidiô datum, impendia
in Chirurgos, Medicos, Pharmacopolas, curationem &
funus facta, omneq; lucrum ceſſans, quod reſpectu ætatis
& profeſſionis æſtimandum, utili L. Aquiliæ actione ſunt
78. Quod licet. perſecuturi. *l. 13. pr. ff. ad* L. *Aquil. l. f. ff. de his qui dej. vel. effud.*
*l. 3. ff. Si quadrup.* §. 1. *Inſt. de Oblig. q. qſ. ex de. naſc.* Meier.
*C. J. A tit. ff. ad* L. *Aquil. th.* 11. 15. 17. Struv. *eod. th. 26.* Wiſſenb.
79. Et ne inanis fiat actio, vigilandum. *th. 7. eod.* Puffend. *de I.N. & G. L. 3. c. 1. §. 7.* Ne itaque *Vidua*
*Liberi* atq; *Parentes* bonis callidè direptis & diſtractis, in vi-
gore juſtitiæ commutativæ hoc caſu debitâ damni dati, &
ejus quod intereſt, refuſione, vel in totum, vel pro parte
fraudentur, ad procurandam in tempore Obſignationem
confugere poſſunt, illaq; à Judice, niſi ſe periculo nimiâ
cunctatione ſubjicere velit, eſt decernenda.

Sicut verò *arrepta* à delinquente *Fuga* ex delictô
80. (II.) Obſ. juſta debitore incarceratô. acturis, & omnibus, quibus ex quâcunque cauſa aliquid debe-
tur, Bonorum Obſignationem poſtulandi juſtam præbere vide-
tur cauſam, ita nec minùs ob atrocius crimen *inſecuta Incarcera-*
*tio* & *Deprehenſio*: licet enim reô incluſô & compeditô ad fugam
81. Cum ab aliis amoveri poſſint bona; inſtruendam bona auferri non ſit neceſſe, attamen cum o-
mnis amotionis & clandeſtinæ diſtractionis metus quoad *Ux-*
*orem Liberosque* & *alios* non ſit excluſus, immobilibus, un-
82. de commodè ſatisfieri poſſit, non exiſtentibus, nec oblatâ
de indemnitate & juſtâ ſolutione faciendâ, ſufficienti cauti-
one, in ſecuritatem de damno vitando certantium juſtè po-
ſtulari decerniq; Obſignationem, quis eſt? qui negaverit.
83. Removetur Objectio. Neque ad eam hiſce recenſitis in caſibus impediendam ſa-
tis mo-

tis momenti adfert, *amotionem & rerum diſtractionem poſt*
*commiſſum crimen*, ut in fraudem factam, *revocari poſſe*; cum
enim taliſmodi avocatio, amotione probatâ, cum ſummâ dif- 84. Ablatorum difficilis recuperatio.
ficultate non poſſit non eſſe conjuncta, ſatiùs utique
erit & conſultiùs in tempore vigilare, & *intacta* per Obſi-
gnationem *ſervare bona*, quàm poſt *vulneratam cauſam* aliun- 85. Ab initiò proſpiciendum.
de quærere remedium. *l. fin. C. in quib. cauſ. in integrum reſtit. l. 1.*
*quand. lic. unicuiq; ſine cauſ.*

Tertiò locò *deperdita Debitoris Vita* & *Dilapidatio* poſtu- 86. (III.) Juſta eſt obſ. debitore decoctore.
latam Juſtificare videtur Bonorum Obſignationem: ſi enim
in fraudem Creditorum male rebus utatur debitor, & bona,
ut *inanis* poſtea, ob inopiam, fiat *actio l. 6. ff. de dol. mal.* & *ex-*
*ecutio*, *judiciumque*, contra *l. 75. ff. de Jud.* & *l. 5. C. de Recept.*
*arb. eluſorium*, abliguriat. *arg. l. 21. §. f. ff. de Appell.* deque dilapi- 87. Modò de dilapidatione ſatis conſtet.
datione & bonorum profuſione & inde labefactatâ fide ex
conjecturis & indiciis, de quib. conf. Mev. ad J. *Lub. L. 1. tit.*
*5. art. 10. n. 23.* & Berl. *p. 1. C. 73. n. 80. ſeqq.* Coler. *p. 1. c. 2. n. 130*
Carpz. *Proc. tit. 21. art. 1. n. 52.* Gail. L. 2. O. 44 ſatis conſtiterit,
non immeritò in bonis diutiùs creditorum damno graſſandi 88.
eidem præciditur occaſio, & *aliis remediis fruſtrà tentatis*, ad
temporalem Bonorũ Obſignationem fit progreſſus, & creditori- 89. Ubi fraudis metus vigilandum.
bus conſulitur alioqui periclitaturis. Quotieſcunq; enim fraudis
comminiſcendæ periculum eſt, priùs proſpici debet, ne com
mitti poſſit, non quidem feſtinatione judicii, ſed præveniendi
periculi cauſa. arg. *l. 6. §. 9. ff. d. inj. rupt. & irr. fact. teſt.* præſtat
& hic *prævenire decipientem*, quàm *ab eodem præveniri*. conf.
Fab. *L. 4. t. 3. D. 1. 11. 15.* Quartô, *concurſu à debitore ipſo* 90. (IV.) Si debitor ceſſerit bonis, excitatô concurſu.
*excitatô*, & *factâ*, *invitis Creditoribus*, *ceſſione*, ſatis quo-
que juſta Bonorum Obſignationem petendi obvenit cauſa:
cum enim poſt motum concurſum & ceſſionem nec rerum
dominia ſtatim creditoribus acquirantur, nec propriâ autori-
te bona eiſdem occupare aut dividere integrum ſit *l. 4. C. qui* 91. Ceſſa bona propriâ non licet occupare autoritate.
*bon. ced.* & *l. 6. C. de Bon. aut. Jud. poſſ.* Brunn. *ad l.L. all.* & è
contrà periculoſum & minus videatur tutum, debitori ad
*ultimum* usque *teruncium*. Gloſſ. *in l. pen. ff. de Ceſſ. Bon.* Covarr.
L. 2. *Var. reſol. 1. n. 5.* vel, ut alii loquuntur, ad *baculum*, *ſac-*

91. Quomodò excutiendus debitor. peram Petr. Jacob. *in Prax. Jud. tit. de Ceſſ. Bon. c. 1. nullô relictô denario.* Aufrer. *ad Deciſ. Tholoſ. q. 28.* Mev. *ad J. Lub. L. 1. tit. 3. art. 1. n. 24.* & *in tract. de Diſcuſſ. Lev. Inop. c. 1. n. 55.* excutiendo cuſtodiam bonorum, & quâ excidit, arg. *l. 17. pr. de Recept. Arb.* Vinc. de Franchis *Dec. 55.* relinquere adminiſtrationem, & integram dare fidem: 93. Pendentib. liquidationis litibus &c. eſt Obſig. locus Ne itaq; quid damni eveniat, dum incidentes de hôc vel illô *conſtituendo Curatore*, hôcque vel illô præſcribendô *adminiſtrationis modô* controverſiæ, & *Liquidationis & Prioritatis* dirimuntur lites, ad curandam mediô tempore Bonorum Obſignatiouem non iniquè Judicis Officium implorant Creditores.

94. Debitore decumbente, & reſponſurô obſig. eſt injuſta. Extra hoſce *Dilapidationis, moti Concurſus & factæ Ceſſionis, arreptæ Fugæ*, & *Incarcerationis* caſus, non apparet, quô jure Judex ad importunas Creditorum preces *debitore adhuc vivô* & *Creditoribus reſponſurô*, aut illô fortè in *morbum incidente & decumbente* Obſignationem Bonorum decernere poſſit, & ab executione ordiri; illis non aliunde imminens damnum atq;
95. intereſſe docentibus, quàm quòd præſumant ſibiq; imaginentur, fore, ut, *non factâ in tempore, quô petierint, Obſignatione*, & reſpectu hujus *ante inſecuturam mortem*, difficilior ejus, quod debetur, conſectatio reddatur & exactio; cum enim *damnum*,
96. Damnô incertô & injuriâ certâ, obſign. non eſt decernenda quòd factâ obſignatione Creditores avertere & antevertere hôc caſu allobarant, præſumtione quali quali tantum fundatum, & inde hactenus dubium & *incertum*: ſed *injuria*, quæ ex Bonorum Obſignatione ſine prægnanti cauſa de factô ſuſcepta oritur, *certa* exiſtat, cumq; variis coniuncta incommodis non minimum lædat, intempeſtivæ huic obſignationi &
97. injuſtæ debitores non iniquè contradicunt, & decumbentis loco illi, quibus ut fide dignis bonorum tabernarumq; cuſtodia interim commiſſa, & mercium diſtractio cum liberâ poteſtate eſt conceſſa.

98. Plurium Caſuum locô axiomata duo ſubjiciuntur. A plurium Caſuum & maximè ob *concurſum intereſſe Publici* ad *ſubſequens caput* pertinentium enarratione, ne hæ pagellæ ultra modum excreſcant, nunc ſponte abſtinemus, illorumq; locô proq; præmiſſorum illuſtratione majori, *hæc* ponimus *axiomata*.

I. Qui-

99. Axioma. I.

I. Quibuscunq; in caſibus, quos ſequens exhibet caput, *propriô motu Magiſtratus non imploratus ex Nobili officio ob intereſſe Publici concurſum & favorem Bonorum Obſignationem ſuſcipere obſtrictus eſt*, iisdem multò magis, *ſeriis privatorum, quorum intereſt, accedentibus implorationibus.*

100. Axioma. II.

II. *Quandocunq; conſtat de juſtiſſimâ petitione, & præſentiſſimô damnô & periculô, ex non factâ Bonorum Obſignatione, imminenti, nullô aliô mediô, quô in tempore & ad tempus cuſtodia & conſervationi bonorum æquè bene conſuli poſſit, ſuccurrente, tunc in ſubſidium ad extraordinarium Obſignationis remedium rectè fit progreſſus.*

101. Deficientib. juſtis cauſis, obſignationem nonjuſtificat cautio.

Quæ ubi non concurrunt, ne quidem ad pervicacem inſtantiam, *periculô petentis*, & *ſufficientiſſimâ oblatâ Cautione* decernenda eſt Obſignatio, ſiquidem æquitatis ratione & juſtitiâ obſtante, periculô petentis & ſub cautionis clypeô deſiderio partis deferre, eſt apertam inferre injuriam, & incommodô afficere, cujus intereſt non affligi potiùs, quàm poſt damnum remedium quærere, & ex cautione experiri *l. 1. C. quand. lic. unic.* cum cautio non poſſit injuſtum reddere juſtum, aut mutare Juſtitiæ rationem *arg. §. f. J. & l. 6 ff. de ſuſpect. tutor.* faciunt huc, quæ in areſti cauſa deduxit ſolidè Mev. *p.* 7. D. *85.* ſub rubro, *Areſti petitio, cum apparet injuſta, etſi oblata à petente ſufficientiſſima cautio, tamen eſt reijcienda.* & Idem JCt. *tr. de Arreſt. c. 4. n. 13.* & Brunn. *ad. l. 58. ff. de Re jud.*

102. Hæc injuſtum non reddit juſtum.

103. Iudex omittendo procedendoq; tarde non minùs peccat.

Deniq; cum & Judex *temerè* quidquam *omittendo & tardè procedendo*, ubi celeritate opus, peccet, & non minùs, ſi nocitum, ad totum intereſſe teneatur & litem faciat ſuam in tantum, quantum negligentia depravatum. *l. 19. ſub. f.* C. *de Teſt. arg. l. 6. ff. de adm. rer. ad civit. pert.* Tuſch. *concl. 203. n. 36. L. A.* Eſcob. *in tr. de. Ratioc. c. 19. n. 21.* Carpz. *Proceſſ. tit. 21. art. 1. n. 57.* (quod *Executionis & Areſti* aliorumq; temerè denegatorum medirum exempla probant apud alleg. Carpz. *tit. 25. a. 1. n. 25. ſeqq. & tit. 21. art. 1. n. 55.* Berl. *p. 1. C. 29. n. 12.* Coler. *Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 116.*) ut is ipſe utriusq; & *Cunctationis* & in decernendo *Facilitatis* effugiat notam, ſedulò eidem laborandum, cautione de ſervando indemne Tribunal & in caſu ſuccumbentiæ refundendo omne intereſſe & exſpenſas admiſſâ, ubi una alterave incidens cir-

104. Et cunctatio & facilitas vitanda judici.

 cum-

110\. Quando locus cautioni. 111. In dubiis cauſis. 112. & ita eam forum recepit.

cumſtantia rem reddit dubiam, inq; cunctatione adverſarii verſatur periculum. Quam ſalutarem cautelam, ut Judicium aſſecuretur, arg. *l.* 35. §. 1. *in f. ff. de hered. inſtit.* & *c.* X. 3. *Ut lit. pend.* in dubiis *Sequeſtrationis* & *Areſti* cauſis alias commendant DD. conf Mev. *tr. all. c.* 4. *inf. & p.* 7. *D.* 85. *n.* 8. Cöler. Tr. *de Proceſ. Execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 116. & fori uſus recepit, *all.* DD. atteſtantibus. Sed hæc prudentis *Judicis* diſcretioni & *arbitrio* dijudicanda relinquimus.

# CAP. IV. tradit
## OBSIGN. EX NOBILI MAGISTRATUS OFFICIO SUSCIPIENDÆ CAUSAS.

1\. judex non niſi rogatus jus dicit. 2. 3. niſi in publ. utilitatis &c. cauſis. 4. Quod obſignat. ex officiô hîc exempla probant.

IN vulgatum Juris abiit axioma, Magiſtratum vel Judicem non rogatum aut imploratum, etiamſi Lex vel Statutum verbis præciſis & neceſſitatem inducentibus loquatur, Joh. Baptiſt. Aſinius *tract. de Execut.* §. 3. *c.* 2. officium ſuum impertiri non debere *arg. l.* 4. § 8. *ff. de dam. in f.* Ricc. *coll. Deciſ.* 411. Barb. *L.* 9. *c.* 89. *ax.* 5. Carpz. *Proces. tit.* 7. *art. n.* 28. Cothm. *Reſp.* 38. *n.* 21. Sed cum nulla regula tàm firma, ut non patiatur exceptionem arg. *l.* 1. & 200 *ff. de R. J.* nec mirum videri debet, quòd modò adducta definitio in cauſis publicam utilitatem vel directò vel ſaltem indirectò & conſequenter reſpicientibus, aut piarum cauſarum favorem ſapientibus vigorem & officium perdat arg. *l.* 13. *ff. de Off. Præſ.* & *l.* 10. *C. de Epiſc.* & *Cler.* Bartol. *in. l.* 4. §. 8. *ff. de damn. inf. in. f.* Quemadmodum impræſentiarum Obſignationis hiſce in caſibus propriô motu, nullâ etiam præviâ imploratione à Magiſtratu ex officio Nobili, Auß Obrichkeitlicher Vorſorge/ ſuſcipiendæ magis magisq; teſtabuntur exempla, ad quorum evolutionem, ambagibus miſſis, nos accingimus.

5\. Ex officiô obſignanda bona demortui, ſucceſſorib. incertis aut abſentib.

I. Ad Bonorum obſignationem non rogatus ex officio procedere poteſt & debet Magiſtratus, ſiquis *in aliquô loco fatis ceſſit,* & *non conſtet, quinam defuncto ex teſtamento* aut *ab inteſtato* futuri ſunt *hæredes*, aut ſi illi, qui juſtô ordine & ex debitô *ſucceſſuri, alibi degant*, aut *abſentes* tantum ſint, nulli à defunctô in caſum mortis ſpeciali curâ atq; Bonorum cuſtodiâ commiſsâ: tunc enim Magiſtratum, ceſſante hominis proviſione, providere oportet, quò bona illis, quibus legitimô

mô ſucceſſionis jure debentur, ſerventur integra atq; ſalva,
ſubq; publicô cuſtodita ſigillô promiſcuæ aliorum rapacitati,
æquè bonis, ut extremo exhalantis animæ ſpiritui, inhantium
ſubtrahantur, usq; dum legitimi venerint hæredes, bona oc-
cupaturi. conf. Coth. *V.* II. *Reſp.* 51. *n.* 135. *ſeqq.* Jus. Lub. L. 2. *t.* 2.
*art.* 14. Qui ſi, vel quòd in remotis oris verſentur, aut
quod de morte illius, de cujus ſucceſſione agitur, nondum
facti certiores, emanſerint diutiùs, ſubſitq; metus, fore, ut res
aliquæ v, g. laneæ, ſericæ, bombycinæ, pelliceæ &c: ſi usq; ad
horum adventum & præſentiam jacuerint obſignatæ, aut pe- 7.
rirent, corrumperentur, aut à muribus tineiſve arroderentur,
inq; aliis æquè damnum contingeret, boni Magiſtratus por-
rò erit officium, & laudabilis proviſio, poſt reſignationem, &
bonorum deſcriptionem fideliter factam, conſtituere cura-
torem, Ruland. 3. *Lib.* 6. *c.* 8. *n.* 2. *de Commiſſ.* cum poteſtate citi-
ori corruptioni obnoxias alienandi, illaq;, quæ provido & ad
rem attento patrifamilias incumbunt, ex fide peragendi.
Quòd ſi verò abſentium reditus aut in vicinia degentium ac-
ceſſus proximò inſtet ab alia, quàm Obſignationis, proviſione,
per quam ſecreta patrimonii, quod pleriq; omnes, ſi liceat, mi-
nimè volunt, Vinn. *ad* §. 5. *J. de hæred. qual. & diff.* pandantur &
divitiæ exponantur invidiæ *arg. l* 2. *C. de alim. pup. præſt. l.* 2. *pr
in. f.* C. *quando & quib. quart.* videtur abſtinendum, facultate in
rebus graſſandi per Obſignationem jam tum ademptâ. Curio-
ſiùs hîc ſpecialem *publicæ Utilitatis cauſam* ad Bonorum Obſi-
gnationem aut etiam curatoris conſtitutionem Magiſtratum
fortiter impellentem indaganti reponimus, *publicum* inter alia
quo ad ſucceſſores hactenus ignotos & extraneos *intereſſe*
conficere, *futuræ acquiſitionis*, illis deficientibus, *ſpem l.* 4. *& t. t.*
C. *de Bon. vacant. l.* 1. §. 2. *ff. de Jure fiſc.* aut illis venientibus,
*competentem* hodie plerisq; in locis ex bonis transferendis in
redhoſtimentum exhibitæ protectionis & imminuti tributi
*decimationem* aut detractionem, germ. Abſchoß. Schnob. D. *ult. ff.*
*th.* 28. Mev. *p.* 2. *D.* 160. *n.* 1. & *n.* 8. Ut verò ſuæ Reipl. Cives abſen-
tes Magiſtratus tueatur, illorumq; bona, eô, quo fieri poteſt,
modô, conſervet, ex variis cauſis publicè intereſſe, nemo diffi-
tebitur. arg. *l.* 33. §. *ff. de Procur. l.* 15. *ff. Ex quib. caus. Maj.* Carpz.

6. His diu abſentib. conſtituendus curator cum poteſtate alienandi.

8 Inſtante abſentium reditu ſufficit Obſign.

9. Cauſæ impellentes hîc ſunt bonorum ſperata acquiſitio & decimatio.

10. Intereſt publ. bona civium conſervari.

p. 3. C.

*p. 3. C. 15. D. 48. n. 1. & Reſp. 48. n. 1.* & *Reſp. 63. I. 6. n. 3.* Richter. *D. 65. n. 1.*

11. Ex officio facienda Obſ. hæredib. defuncti præſentib. ſed inpuperib. aut minorib. 12.

II. Juſtè non rogatus vi ſui officii procurat Magiſtratus Obſignationem: *Ubi hæredes, qui relicti & ſucceſſores legitimi, præſentes quidem, ſed Impuberes, aut pubertatem egreſſi, Minores* adhuc deprehenduntur; cum enim in hôc ætatis gradu conſtitutis & morte ſuorum conturbatis bonorum cuſtodia tutò relinqui haut poſſit, aut expediat, & præterea indecens videatur, oſſibus defuncti adhuc calorem trahentibus, res ſingulas tangi, deſcribi & inventarii confectionem ſuſcipi, aliô expeditiori interimmiſtico remedio, ut pupillorum bono, nondum vulneratâ causâ, tempeſtivè proſpiciatur, neceſſe erit: Quod B. Obſignatio & hic præſtare videtur. Quam præviam Obſignationis curationem, præter publicæ Utilitatis rationem, ex *neceſſitate*, nemine etiam petente, *Tutores* & *Curatores ex officio conſtituendi*, & ad munus ſubeundum nolentes compellendi, publicâ Lege Magiſtratui impoſitâ, *Receſſ. Imp. de A. 1548.* & *1577. & Sanct. Polit. Ducat. Megap. ſub. tit.* von Vormundſchafften Schrad. *Tract. de Feud. p. 10. ſect. 20. n. 10.* non immerito accerſimus, arbitramurque *Magiſtratum*, ſi in rebus pupillaribus obſignandis ſe *tardum* præbuerit & negligentem, in morâ id propter conſtitutum, ad *damna* & *intereſſe* teneri, nulla licet præceſſerit monitio requiſitio vel interpellatio. arg. *§. 2. Inſt. de ſatiſd. Tut. t. t. ff. & C. de Magiſtrat. conveniend. l. 46. §. 6. ff. de Adm. & per. tut.* Neque hanc Magiſtratus non moniti cautionem atque tempeſtivam in obſignandis bonis proviſionem remorari debet, ſi vel conſtet à patre defuncto in *teſtamento tutores*, aut *curatores*, jure noviſſimô indulgente *all. Receſſ.* Ekholt. *ad tit. ff. de Tut. §. 8.* conſtitutos aut *legitimos* adeſſe; cum enim ante *Judicis Decretum* rarò ſe immiſcere ſoleant, & pro pupillorum utilitate vigilare Tutores; ne itaque intermediô tempore bona diminuantur & rapacium patiantur manus, curabit Tutelaris Prætor, ut quô licebit, utili interim provideatur remedio, & Bona obſignentur. Abs Obſignatione tamen hac *Matre adhuc in vivis*, inque *ædibus* defuncti mariti *morante* merito abſtinebit, firmà provida bonorum cuſto-

13. Cum & ex officiô curatores & Tutores his conſtituendi ſint.

14. Periculô Magiſtratus hic etiã omittitur Obſign.

15. Licet teſtamento tutores conſtituti aut legitimi adſint.

16. Cum hi ante decretum ſe non immiſceant.

17. Matre Vivente & præſente omitti po-

tum cuſtodiæ fiduciâ in matre ob inſignem erga prolem affectum, eſt obſigna-
quô ob certitudinem ipſius, difficultatem ante, in & poſt ob fidelis cuſtodiæ
partum, paternum vincere creditur. conf. 1. *Reg.* 3. *v.* 27. *C.* 2. ſpem
X. *de Præſumpt.* Ariſt. *Eth.* L. 5. *c.* 6. L. 8. *c.* 12. unicè collocatâ. 18. Matri li-
Quâ forti præſumtione Glorioſiſſ. Impp. moti omnium ma- berorum
trem fide digniorem ad filiorum educationem, ſolutô per mor- educatio & tutela com-
tem matrimoniô, pronunciarunt. *l.* 1 *C. ubi pupill. educ. deb. Nov.* mittitur, &
22. *c.* 38. indeq; nec à *Liberorum Tutela* matrem, licet *debitricem* bonorum
excluſam voluerunt Leges. *Nov* 118. *c.* 5. *auth. adhæc. C. quand.* cuſtodia,
*mat. ibiq;* Brunn. Coeterùm, uti hæc Jurium ſancita, *ma-* 19.
*tre turpi*, nec *integræ fidei* aut *opinionis*, ſed *moribus ſuſpectâ* 20. Modó in-
exiſtente, amoreque in novercale odium verſô, corruunt tegræ vitæ & fidei fuerit,
nec vim extendunt, ita & tales improbi mores, invitâ na- 21.
turâ aſſumpti, Magiſtratui neceſſitatem imponunt, ut in tem-
pore pupillorum bono obſignationem procuret, obice per
eandem facultati in rebus pupillaribus peſſimè graſſandi
injectâ. 22. Novercas

Cum jura de *Novercis*, nomine exitiali, *nocens arca* vel *arcus* jura habent
appellatis. Decian. 3. *Reſp.* 110. *n.* 11. Finck. *O. pr.* 53. *n.* 11. *ſeqq.* ſuſpectas, &
præſumant malè *l.* 22. *inſ. C. de Adm. tut.* Maſcard. *de Probat.* mala de iis
*C.* 1114. *n.* 1. quin in rebus filiorum prioris matrimonii ſuſpectas præſumtio
habeant, teſt. Corn. *in* L. 6. *c.* 2. C. *ad. SCt. Trebell.* & 3. C. 124. Mev. locum facit
*ad. J. Lub.* L. 2. *t.* 2. *art.* 2. *n.* 19. *ſeqq.* quodque non diligant, obſignati- oni.
ſed pluſquam vatinianô odiô privignos perſequantur, deſpi- 23.
ciant atque negligant, arg. *l.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* Carpz. *p.* 3. *C.* 23.
*D.* 17. *n.* 1. Fink. *O.* 53. *n.* 11. Menoch. *L.* 6. *Præſumpt. c.* 56. *n.* 25. 24.
Montan. *de Tutel. c.* 15. *n.* 117. & illa *cauſarum momenta*, quæ cu-
ſtodiam bonorum, non factâ obſignatione, matri non ſu-
ſpectæ relinquunt, in *Novercis ceſſent*, quid mirum, quòd his i- 25. Nover-
pſis Magiſtratus etiam permoveri ſoleant, ut aliis clandeſti- cis cuſtodia
næ diſtractionis circumſtantiis emergentibus, tempeſtivâ bonorum re-
Bonorum Obſignatione, impuberum bono, hôc caſu vigilent, linqui non
& *damna Novercarum* aliorumq; avertant. poteſt.

III. Jnquirimus hîc de illâ Obſignationis Bonorum 26. Q. an ob
juſtitiâ, quam Magiſtratus *Decimationis*, hodie, pro *facultatum* Decimatio-
*in aliud territorium transferendarum ratione*, ſolvendæ intuitu nem licita
Obſign.

 proq;

27. Ubi competit, non ſunt ad illam deneganda media.

ejus majori ſecuritate ſuſcipere ſolent. Ubi jus detrahendi aut decimandi, qvod æqvitate & ratione ſuffultum, Magiſtratui legitimô modô, ob domicilii mutationem, qvæ cuilibet libera. Gail. 2. *O.* 36. *n.* 4. Mev. *ad J.L.* 1. *t.* 2. *a.* 2. *n.* 69. Myler. *de Princip. & Stat. c.* 63. *n.* 3. & hæreditatis acqviſitæ translationem, in publici

28. ærarii emolumentum quæſitum, & ſine contradictione competit, iniquum eſt, media, quibus tueri idem licet, præſcindere:

29. Attamen non ſtatim ab executione hîc incipiendum.

attamen, cum Bonorum Obſignatio, vi in antecedaneis traditorum, executionis ſapiat ſpeciem, magiſque oneret, quàm areſti impoſitio, hisq; *extraordinaris remediis*, non niſi contra *moroſos*, *refractarios* & debitam gabellam ſolvere renitentes, utendum ſit, docentibus Gail. *de Areſt. c. f. n.* 12. Mev. *tr. de Areſt. Imp. c. f. n.* 12. Cothm. *Reſp. Acad.* 8. *n.* 13. Schnab. *Diſp. Inaug. de Jure* Decim. *Altorf. A.* 1670. *habitâ. th.* 64.

30. Et inde nec ab Obſignatione.

Magiſtratum ab Obſignatione pro conſequendâ decimâ pro *lubentiâ* incipere poſſe, haut admittimus, idq; eò difficiliùs, *quò majoris exiſtimationis & fidei exiſtant hæredes peregrini*, inficiationis veræ bonorum transferendorum quantitatis metu tum ceſſante, aut ſi *bonis mobilibus* etiam *ablatis* translatisq;, ex *immobilibus* commodè *ſatisfieri* poſſit Magiſtratui. Cœterùm

31. Niſi periculum ex ejus intermiſſione metuendũ, & ſiniſtra jam adſit ſuſpicio.

*hiſce aliiſve circumſtantiis in contrarium ſe cumulantibus*, *periculôque ex Obſignationis intermiſſione imminente*, & *ſuſpicione non modicâ*, in cenſu agendo, pro patrimonii quantitate, minùs fideliter â defunctô eſſe actum, *ſeſe exſerente*, ſi Magiſtratus remediô Obſignationis in tempore providerit, & quò juſtam ac civitati debitam portionem accipiat *ſpecificationem* aut *bonorum ſynopſin*, ab illô, qui alibi res eſt translaturus, *exegerit*. conf. *all. tract.* Fuchſen *de Inventar. c.* 4. *n.* 46. Ritterhuſ. *ad Nov. p.* 6. *c.* 8. *n.* 20. & Meier. *C.J.A. tit. de acq. vel omitt. hæred. th.* 34.

32. Ob decimationem exigi poteſt inventarium.

*Inventarium eô etiam nomine* ob publicum intereſſe, totius ferè *Germaniæ* conſuetudine, *exigi*, & *hæredes* ad id *invitos* cogi poſſe aſſerentes, tantùm abeſt, ut in publicâ ærarii, cujus magna neceſſitas & in quô nervus & Reipl. eſt robur, *Novell.* 149. *c.* 2. *& Nov.* 161. *c.* 2 cauſâ exceſſiſſe, quin potiùs bene providenterque egiſſe exiſtimandus ſit.

33.

34. Tempore Peſtis ex

VI. Sævientis *Peſtis Tempore* (quod malum Deus ab his oris

oris clementiſſimè ſemper avertat) de perſonâ in perſonam, de locô ad locum tranſeuntis, *temporalem Bonorum*, quæ peſte peremti poſt ſe reliquerunt, fieri *Obſignationem*, & *domos claudi*, rectè ex Officio curat Magiſtratus. Cum enim his extremè miſeris periculoſisque temporibus curam atque cuſtodiam bonorum non facilè ſuſcipiant homines, imò, etiamſi quidam ex audaci hominum genere ſe offerant, bona illorum, qui peſtiferâ lue correpti abs hominibus & bonis demigrârunt, occupaturi, à prudenti Magiſtratu omnibus viribus, ut irruenti malo obviam eatur, & civitas ab interitu conſervetur, excubanti, *tales ad Bonorum relictorum occupationem*, *detentionem*, aut *uſum*, ne lues hôc modô ad alios deſcendat pluresque inficiat, *non ſint admittendi*, etiam & in *ædibus peſtiferis mori & morari parati inviti extrahendi* aut *ejiciendi ſint*, publicâ utilitate, ut ſupremâ lege, communes juris regulas ſuperante & dirigente; ne tamen *intermediô tempore* bona, cujuscunq; cum evidenti ipſius Reipubl. & legitimorum ſucceſſorum damnô, exponantur invaſionibus & rapinæ, publicô eadem cuſtodienda ſigillô, & certô temporis ſpatiô, *remittente lue*, elapſô, illis, quibus jure debentur, iterum offerenda, niſi bona *mobilia*, & ea, in quibus peſtis facilè conſervari ſolet, ad periculum toti civitati ex contagione imminens avertendum *comburi, utiliùs* fuerit viſum, aliquali *rerum reſtitutione ex* Publicô, *ſuadente æquitate & commiſeratione*, cum juxta Becman. *in Doct. Moral. c. 16. th. 8.* talium rerum combuſtarum reſtitutio ſummô Jure peti non poſſit, *pro circumſtantiarum qualitate factâ*. de quib. conſuli poſſunt, & diſponunt Conſt. Peſtilent. germ. die Peſt-Ordnungen.

officiô hâc lue defunctorum bona poſſunt obſignari.

35. Nec homines etiam volentes ad illorum cuſtodiam ſunt admittendi.

36. Ne lues plures inficiat.

37. Pôſt reſtituenda bona.

38. Niſi quædam comburi utiliùs viſum, factâ reſtitutione;

V. Ad Bonorum Obſignationem ex *commiſſi Criminis cauſâ* non injuſtè procedit Magiſtratus non imploratus: cum enim ejusdem incumbat curæ in *delicta ex officiô*, famâ locum accuſatoris ſubeunte, *inquirere* vigilareque, ut legum temerarores delinquentesq; in terrorem aliorumque exemplum promeritis ſubjugentur pœnis, luantque vel in ære, aut corpore *l. 13. ff. de Off. Præſ. l. 1. C. de Cuſt. Reor. l. 7. C. de Accuſ. C. 32. C. 23 q. 5. c. 24. X. de Accuſat.* Conſt. C. C. *V. art.* 214. & 219. nec temerè abs eôdem intermittenda Obſignatio, utpote quæ

39. Ex commiſſi criminis causâ ex officiô fieri poteſt Obſignatio.

40.



adfa-

**41. Ne profugi, bonis pretioſis ablatis & ab aliis diſſipatis, fugam magis inſtruant. &c.**

ad faciliùs hic obtinendum finem viam videtur ſternere. Quotidiana docet experientia, quâ, atroci commiſſô crimine, delinquentes caveant ſollicitudine, ne deprehenſi judicio ſiſtantur carceriq; mancipentur, quàmque jam profugi pariter annitantur, ut *res quæ in pretiô aut æſtimatione ſint, quaſque ipſi auferre præpediti, ab aliis, ne ad manum juſtitiæ devolvantur, auferantur, & alibi tranſlata celentur, ut ita, ut corpore & præſentiâ, ita & bonis eludant judicium, & fuga magis inſtruatur.*

**42. Quod cum fiat in ludibrium Magiſtratus, Obſignatione avertendum.**

Quod tamen ne in ſummum *Magiſtratus* contingat *ludibrium*, præſcindaturque occaſio, & bona diſſipandi facultas, in tempore abs eôdem curandum, ut delinquentium profugorum bona, poſtquam primùm innotuit, obſignentur, quò & ita ad *revertendum inducantur* faciliùs, neceſſariis deſtituti, nec fugâ bonis inſtructâ, aut ſi legitimè citati & comparere juſſi contumaciter emanſerint, in ære tamen bonisque obſignatis pro commiſſi criminis luant qualitate.

**43. Hæc in Cauſa criminali peracta Obſignatio, Juri Juſtinianæo non eſt incognita.**

Quæ *in cauſa criminali* & *Reis abſentibus* ſuſcepta *Bonorum Obſignatio*, nec *Juri Juſtinianæo* incognita, ut JCti Modeſtini Verba *in l. 5. ff. de requ. reis. ibi. Mandatis cavetur intra annum requirendorum bona obſignari* &c. & DD. evincunt teſtimonia. Brunn. *ad l. 6. C. de Accus.* Hill. ad Donell. 1. *com. 18. c. 10. in not. p. 350.* Meier. *C. J. A. tit. all. ff. th. 3.* Treutl. *ſelect. Diſp. 31. v. 2. th. 4.* Mev. *ad Jus L. art. 13. l. 4. tit. 4. n. 1.* Brun. *Proceſſ. Crim. c. 8. m. 6. n. 2.*

**44. Rei abſentes annotati requirebantur, bonis obſignatis.**

Scilicet, dum æquitatis non permittebat ratio, *abſentes inauditâ cauſâ*, maximè in *gravioribus* delictis *damnare. l. 5. ff. de Poen. l. 1. §. 1. ff. de Requir. Reis.* Publicis Edictis profugi Judicio non ad *pœnam*, ſed ad *purgandam innocentiam*, agendamq; cauſam adeſſe jubebantur. *l. 1. §. 2. & l. 5. ff. & l. 1. C. eod.* & interim inter reos, ut requirentur, annotabantur. *l. ſ. C. eod. l. 6. C. de Acc. & ib.* Gothofr. *Bonis obſignatis. l. 2. l. 5. pr. ff. & l. 2. C. de Req. Reis. non annotatis.* Duar. *Diſp. Anniv. L. 1. c. 8.* Gometz. *tom. 3. c. 8. n. 2. & ib.* Obſ. Eman. Soaretz. Treutl. *all. loc.* conf.

**45.**

interim Bachov *ad Treutl. v. 11. Diſp. 31. th. 4. L. A.* quæſtionem hanc, *an etjam bona abſentis rei dicantur annotari?* inter *Duaren. all.* & *Robert. 3. ſent. 8.* agitatam, iejunam vocitans, dum paulò pingviùs loqui, nil prohibeat, modò res ipſa intelligatur.

**46. Bona intra annum reverſi recipiebant: Si non; Fiſco cedebant.**

Quibus peractis, *ſi intra anni ſpatium* comparuiſſent, *res ſignatas recipiebant, l. 1. C. de req. re.* Sin verò *idem elabi* erant paſſi, *bona Fiſco* ob contumaciam *acquirebantur*,

*tur*, nec *quoad hæc, poſt annum* comparentes, benè tamen quoad
*purgandam innocentiam*, audiebantur *l. f. ff. l. 1. l. 2. C. eod.* Hodie, ſi, 47. Hodie quidem obſignantur bona &c.
ut modò traditum, profugorum delinquentium bona obſignantur,
Treutl. *all.* D*iſp.* & poſteà juxta præſcriptum in Conſt. Crim. C. *V. a.*
206. ſub rubr. Wie es mit der Flüchtiegen Ubelthätter Güttern gehalten
werden ſoll. deſcribuntur, aut, ut illi, qui in forô verſantur, Accur-
ſianorum interpretatione decepti loquntur, annotantur, conf. *all.*
Duar. & Obſ. Eman. Soaretz, *all. loc.* &, nequid ad profugorum fu-
gam inſtruendam ſubminiſtretur, proſpicitur, tamen propterea vel *poſt*
*annum fiſco non cedunt bona*, *all. C. C.* Farin Q. 11. *n.* 3. Klock. *v.* 1. C. 48. Sed Fiſco non acquiruntur, exceptó crimine læſæ Majeſt.
24. *n.* 65. Struv. *tit. ff. de Req. re.* cum nèc ignotum eſſe poſſit, aut de-
beat, quod *hodie bona fiſco non acquirantur*, crimine Majeſtatis ex-
ceptô, per famoſiſſimam *auth. Bona damnatorum* & *Conſuetudinem.*
Brunn. *ad l. 1. C. de Req. Reis.* Mev. *p.* 1. *D.* 187. *n.* 8. Ekolt. *ad tit. ff. de*
*Bon. Damnat.* Cum itaq;, publicatione Bonorum acceſſoriâ ſublatâ, 49.
Obſignationis atq; Annotationis alius hodie ſit finis, quàm acquiſitio
fiſci, inde patet, defendi generaliter non poſſe, quod vulgò circum- 50. Obſignat. & Annot. hodie fieri poteſt, licet ceſſet Publicatio bonorum.
fertur; *In caſibus, ubi Publicatio bonorum non infligitur, annotatio-*
*nem* aut *Obſig. nationem fieri non debere.* Damhaud. *Prax. Crim. c.* 14
Clar. *§. f. q.* 44. *n.* 3. Chaſſanæ. *in Conſvetud. Burg. rubr* 2. *pr. n.* 10.
conf. Mev. *in addit. ad art.* 13. L. 4. *tit.* 4. obtinet quidem, cum reus
præſens eſt, ſecus, cum aufugit. Planè nec tum, ſi *Criminoſi car-*
*ceri* tenentur *incluſi*, & deſunt cuſtodiam bonorum in gratiam abſen- 51. Tempore incarcerationis fieri etiam poteſt Obſignatio.
tium ſucceſſorum aut impuberum liberorum ſuſcepturi fideliter, negli-
genda à Judicie bonorum Obſignatio & proviſio, dum multùm auda-
ciùs in bona delinquentium involare ſoleant homines, malè perſva-
ſi, in facinoroſos licere omnia, legumq; beneficiô, quòd contra eas
deliquerint, etiam quoad *Bonorum defenſionem* eſſe indignos.

Cum de ſimilibus ob ſimilem æquitatis & juſtitiæ rationem debeat 52. De ſimilib. idem judicium.
eſſe judicium *c. 2. X. de Transl. Epiſc. l. 3. C. de conſt. pec. l. 32. ff. ad L.*
*Aquil.* plures Obſignationis ex Officiô ſuſcipiendæ præterimus caſus,
& præſenti capiti *his* inſertis adhuc *Definitionibus* quærimus finem.

*In quocunq; crimine Ædium perquiſitio, conſvetudine proba-* Axiom. 1.
*ta*, Ambros. *de Proceſſ. infor. c.* 3. *n.* 3. *ob ſufficientia indicia & publicam*
*utilitatem.* Köppen. *p.* 1. *D.* 8. *n.* 5. *reputatur juſta, ibi illâ ex cauſâ ſuſpen-*
*ſâ & ſtatim non factâ, ne interim quid amoveatur, utiliter Obſignationi*
*dabitur locus.*

Sic

53. Inquiſ. crim. locus ædium perquiſitioni, ibi, illâ ſuſpenſâ, Obſignationi.

Sic cum in crimine *Perduellionis, Adulterii, læſæ Majesſtatis Divinæ, Famoſi Libelli, Furti, depravatæ Monetæ, ædes* inquiſiti *perveſtigari*, & an talia *inſtrumenta ſuſpecta, literæ hoſtiles, amatoriæ, famoſæ aut illarum exemplar, libri magici, res furtivæ, materia ad monetam fabricandam apta deprehendantur, perquiri poſſint.* Brunn. *Proceſſ.* Crim. *c. 8. m. 2. n. 7. 8. 9. &c.* cum hæc ipſa ita deprehenſa *non levia recenſitorum criminum* inferant *indicia, l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj. l. 2. C. de furt.* Conſt *C. C. V. art. 43. & 44.* Gilken. *ad l. f. C. de probat. n. 6.* Maſcard. *de Prob. Concl. 64. n. 10. in f.* non injuſtè aut fruſtrà facturum eſſe arbitramur Magiſtratum, ſi tempeſtivâ vigilaverit conclavium, ubi ſuſpecta latere præſumuntur, obſignatione, ipſâ perquiſitione juſtâ quâpiam de causâ paululùm adhuc ſuſpensâ, &, captô reô, ſtatim non factâ.

Axiom. II.

*Ubicunque metus diſſipationis bonorum ſe exerit, publicèque intereſt, bona non derelinqui, & Magiſtratui legibus, nemine etiã petente, curatorem conſtituendi,* aut *bona deſcribendi injuncta eſt neceſſitas, ibi ſalutariter in anteceſſum, dum* de curatore conſtituendo, & facienda deſcriptione agitur; *Bonorum decernitur Obſignatio, & Magiſtratus omittitur periculô. arg. l. 6. ff. de Adm. Rer. ad civ. pert. junct. t. t. ff. & C. de Mag. conven.*

Axiom. III.

*Ubi non bonorum, ſed tantũ aliarum rerum, quarum intereſt Reip. v. g. Publicorum Actorum &c. amotionis, cumque illâ impermiſſæ inſpectionis, lectionis. &c. concurrit metus, & ibi Obſignationi ex Officiô pro circumſtantiarum qualitate, dabitur locus.*

54. Hinc fieri poteſt obſig. Officialibus Reipl. penes quos tempore mortis ſunt Acta publ. &c defunctis.

Unde poſt mortem illorum, quibus ut in publicis Reipl. conſtitutis officiis Acta Publica, Privilegia, Rationaria, &c. & alia ad Rempl. pertinentia & Arcana ejusdem tangentia concredita ſunt documenta & literæ, & penes quos tempore obitus talia deprehenduntur, non immeritò, ut viſũ fuerit, vigilat Magiſtratus curatque, ut conclavis, ubi memorata ſcripta à defunctô ſervata fideliter & cuſtodita ſunt, fiat obſignatio, ne illâ, usque ad *ſic dictæ extraditionis tempus*, tempeſtivè non factâ, publica acta, à quib. Reipl. ſalus nonnunquam dependet, in ſummum ejus detrimentum ab aliis vel falſificentur, callidè aut etiam inconſultè diſcerpantur, amaveantur, inſpiciantur legantur, lectaque temerè publicentur &c. Quæ pluraque alia tempeſtivâ obſignatione averti poſſunt.

CAP.

# CAP. V. & ULT. ſubnectit.
## INSIGNIORES OB & RESIGNAT. EFEECTUS
## Cum
## TEMPORE & IMPENSIS.

OBſignationis *Effectus* (1.) in eo conſtit, quòd eâ publica autoritate factâ *Res* reddantur *quaſi inviolabiles*, quòdque ſigilli impoſiti remotio, aut unô verbô *Reſignatio* (quæ vox variis ſignificatibus alioquin obnoxia, *conf. Diſſ. de Reſignat. Judicial.* Præſ. D. Klein. *nuper hîc habit. cap. 1.*) hôc locô die wiederauff Siegelung/oder auffbrechung der Siegel, ut in teſtamentorum aperturâ ſignificat) non poſſit, aut fieri debeat, niſi *Magiſtratus* iterum intervenerit *autoritas*, *arg. l. 35. ff. de R. Jur.* aut illâ poſthabitâ, Obſignationem *impetrantis* & quorum gratiâ facta, ubi cum intereſſe partium publicum ſimul non concurrit, *conſenſus*: modò Obſignatio, quod ſupponitur, rite ſecundum cujusque loci conſuetudinem & obſervantiam, ſecundum quam omnis actus, ſive judicialis, ſive extrajudicialis regulandus, ſit peracta, à Judice inter alia competente, & ex juſtâ neceſſariâque cauſâ, non verò de factô, manifeſtâ injuſtitiâ apparente, ſuccepta; *quo* ſiquidem *caſu*, cum judex extra Officii & juriſdictionis limites nimiùm quantùm exceſſiſſe deprehendatur, injuſtæ Obſignationis nulla erit autoritas, illôque, quò privata in rebus alienis, habenda locô: Non expectatâ Judiciali autoritate ſiquis auſus fuerit rebus, quas alius poſſidet, ſigna imprimere, aut eaſdem ſigillis impreſſis præcludere, etiamſi ſuas vel obligatas ſibi eas eſſe affirmaverit, Leges indulgent hæc illicitè impoſita ſigna detrahere. *l. 1. l. 2. C. ut nem. liceat. ſine Jud. aut. reb. alien. imprim. ſig.* Et nequidem *denunciationem* ſignanti faciendam requirunt, ſed liberam detrahendi dant poteſtatem. Alex. ab Imol. Salyc. & Jaſon. *ad l. 1. & 2. C. alleg.* Tuſch. *Pr. Concl. L. A.* C. 516. *n. 26.* Höpping. *de Jure Sigill. c. 7.* cum & alias factum ab aliô in propriô, propriâ tolli poſſit autoritate, juxta *l. ſ. §. 2. ff. quod vi aut clam. l. 29. §. 1. ff. Ad* L. *Aquil.* alterô inſuper LL. pœnam *l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi. 2. feud. c. 53.* ob temeritatem & furoris audaciam incurrente, nec ab injuriarum actione immuni. *l. 20. ff. de Injur.* in quâ ſic Modeſtinus JCtus: *Si injuria facienda cauſâ, Seia domum abſentis debitoris SIGNASSET, ſine autoritate e-*

1. Effectus (1) Obſig. quòd res reddantur inviolabiles, & reſignatio requirat Magiſtratus autoritatem, aut conſenſum impetrantium.

2. Modô juſtè peracta fuerit Obſignatio.

3. Signa reb. alienis impreſſa, nullâ factâ denuntiatione, tolli poſſunt.

4. Uti factum ab aliô in propriô.

*jus*

*jus, qui concedendi jus poteſtatemve habuit, injuriam actio intendi poteſt.* Idem in ſimili obtinere videtur: Wann einer einen Zettel angeſchlagen/ mit der Schrifft/ dies Hauß iſt zu verkauff; quorſum aliqui

5. Judex incompetens habetur pro privatô.

*legis allegatæ* trahunt intellectum. Et cum *Judex incompetens* pro *privatô*, & quæ abs tali ſuſcepta, quaſi privatâ autoritate facta, adeòque, ut loquuntur, *pro nullis* reputentur. *arg. l. f. ff. de Juriſd. & l. 3. ff. de Off. Proconſ.* Vant. *de Null. ex defect. Jur. n.* 107. Menoch. *de Adip. poſſ Rem. 4. n.* 429. *& Rem.* 8. *de Recup. poſſ. n.* 17. Carpz.

6. Iudici de factô procedenti reſiſti poteſt, & hinc excuſandus, qui injuſtæ Obſigna. reſtiterit.

*p. 2. c.* 22 *D. 3. n.* 2. inſuperque *Judici ſine cognitione cauſæ de factô extrajudicialiter* procedenti, ejusque officialibus *impunè* reſiſtere liceat, arg. *l. 5. C. de Jur. Fiſc. Lib.* 10. *l. 5.* C. *de Exſecut. L. 12. tit. 61. l. f. C. de Diſcuſſ. L. 10. tit. 30.* Carpz. L. 1. *Reſp. 2. n. 10. & L. 3. Reſp. 108. n. 11.* Klock. *de Contrib.* C. 18. *n. 26. & n.* 51. ceſſante tum illâ, quæ pro judice eſt, conf. *Trad. cap. 3. n.* 11. præſumtione, Gail. L. 20. 67. Barb. *ax. v. Judex n.* 11. utique etiam excuſandi, qui Obſignationi à *Judice incompetente* & ex *injuſtâ plane cauſâ de factô* ſuſceptæ reſtiterint, aut ſigilla impreſſa, maximè *in continenti, arg. l. 3. §. 9. l. 17. ff de Vi & Viarm.* ademerint. Contrà, ubi de Magiſtratus competentiâ & juſtâ liquet cauſâ

7. Pœnam incurrit, qui temerè detraxerit ſigilla, licet res non ablatæ.

aut ſaltem præſumitur, *quicunque detraxerit, effregerit ſigilla, aut quôcunque modô violaverit*, ſeverâ *animadverſione & pœnâ* dignus, licet vel res nullæ tactæ, ablatæ, aut damnum datum, læſâ ſatis Judicis autoritate, ſigillis non ſervatis intactis: attamen, ut pœnæ ſit locus, *dolum* requirimus & *protervitatem*: Si enim (I.) vel *inadvertenter*, aut per *Errorem, Simplicitatem* & *Ruſticitatem*, cui jura favent & parcent,

8. Error & ruſticitas tamen excuſant.

non tàm à locô, quàm ab ingenio hominum factâ denominatione, Auß Unverſtandt/ unbedachtſahmkeit/ publica amota, fracta aut deturbata ſigilla, pro *admiſſæ culpæ qualitate*, aut *gradu* pœna determinanda, aut plane ignoſcendum, *arg. l. 20. C. ad L. Corn. de* Falſ. *l. 3. § 22. ff. ad Sct. Syllan. l. 7. §. 4. ff. de Jurid. l. 2 ff. ſi quis in jus vocat.* Tab.

9. Non licet reſignare literas privatorum.

*in Bark.* Locupl. L. 16. *c. 66. ax.* 1. Quod *Diſtinctionis moderamen* adhiberi quoq; ſolet, quando *Literæ* ſigillô obſeratæ *reſignatæ*: qualium *apertura*, cum ſit cum læſione juris mittentis, & ejus, ad quem mittuntur literæ, & violatione Juris Gentium, quô Legati inviolabiles *c. 9. Diſt.* 1. conf. Menoch. *de A. J. Q. c. 538. n. 16. 17.* conjuncta, ſi de

10. Reſign. in neceſſita

*dolo* conſtet, minimè debet eſſe inulta. Nec *illa* (II.) *ſigillorum remotio* ob ceſſantem dolum pœnæ ſubjacet, quæ rerum abs interitu ſer-

ſervandarum cauſâ, *tempore Magiſtratus aditionem* aut *arbitrii Judicialis adventum haut indulgente*, eſt facta. Quis Magiſtratuum non acquieſceret, intermiſſâ in incendii calamitatibus, quam circumfuſæ excludunt anguſtiæ, requiſitione, cum via, quò expeditior, ut res ante ignem, quàm conceperint, exuſtionibus aut flammis ſubtrahantur, eò tùm tutior, ut etiam ad remotionis ſigillorum excuſationem hôc caſu *juſtus ſufficere* videatur *metus*, & *periculum omne antevertendi deſiderium*, ſi ignis eousq; non pervenerit, modô omni operâ adhibitâ non extinctus potuiſſet.

tis caſu, v. g. incendii à privatis fieri poteſt.

11. & juſtus tùm ſufficis metus.

Sed quid ſi *exortô in Viciniâ incendiô, & tempore Magiſtratus aditionem non permittente, ii, quibus reluctantib. & invitis ſuſcepta Obſignatio, ſigilla detrahere ceſſaverint, paſſi potiùs, quas ſervare & flammis eripere valuiſſent res, iisdem conſumerentur*; Quorum *erit periculum & damnum*? num *partis* Obſignationem *impetrantis*? an *Dominorum* aut poſſeſſorum in improviſô & inopinatô caſu de rebus ſervandis non viliglantium, & in Obſignatione, quà publicâ conſtat autoritate, præſidium qnærentium? arbitramur, cum malitiis hominum non ſit indulgendum *l.33.ff.d.R.V.l.12.§.1 ff.d.furt.C.4.x. de dol.& contum.* & *proximè ad dolum accedere* videatur *non facere, quod neceſſitas facit licitum & jubet, & non factum ſibi ipſi & aliis nocet*, iniquiſſimum fore, ſi incendii damnum, quod ſuâ iſti ſentiunt culpâ, ſoli non ſuſtinerent, etiam tùm, ubi iniquè, ut cognitum poſteà, impetrata fuerit Obſignatio, cum hæc ipſa poſſeſſorum, quæ in tali caſu, aut aliás circa res eſſe poſſit, non tollat cuſtodiam & curam, & *injuſtæ Obſignationis injuria legitimis remediis ſit vindicanda*. Quòd ſi verò nulla in rebus obſignatis non ſervatis apparuerit culpa, & quod fieri potuit, factum ſit ex fide, poſteà tamen de injuſtâ conſtiterit Obſignatione, æquitatis & juſtitiæ etiam dictitat ratio, ut damnum quod non factâ Obſignatione in rebus jam aliò & tutiorem in locum translatis contingere non potuiſſet, reſarciatur ab iis, qui ejus occaſionem præbuerint. arg. *l.30.§.3.ff. ad L. Aquil.*

12. Q. & deciditur, cujus periculum? reſignatione, ortô incendiô, ſtatim non factâ, & reb9 non ſervatis.

13. In dolô eſt, qni id non facit, quod neceſſitas jubet & non factum ſibi & aliis nocet.

Cæterùm, quæ de *impunitâ ſigillorum remotione* ob juriſdictionis & juſtæ cauſæ defectum in principiô hîc adducta, ad *ipſum rerum* Obſignatarum *dominum*, & *qui ejus locô res detinet*, volumus *reſtricta*, ſuſtinentes, ſi *alius* ſigilla removere, aut violare auſus fuerit, hunc ex hujuſcemodi in ſe quidem injuſtâ Obſignatione & exceptione Tertii validum quærere non poſſe præſidium, indeque

14. A tertiô injuſtæ obſign. ſigilla impunè non tolluntur.



furem

*furem ſigillis fractis res auferentem aquè gravi & pari puniendum eſſe penâ, mitiori non obtinente, ubi rite legitimèque non facta fuit Obſignatio.*

15. (II.) Eff. poſt mortem defuncti, juſtô tempore procuratæ, O. & durantis, ſigillisque deprehenſis, in recognitione, integris.

*II.* Inſignem *Obſignationis poſt mortem defuncti procuratæ Effectum in cap. 3.* jam tetigimus, & eò tendit, quòd ſi *juſtô* ab iis, qui in defuncti ædibus commorantur, *tempore impetrata* tollat *contrectationis & amotionis ſuſpicionem, liberetque ab Inventarii confectione, & Juramenti præſtatione*, modò, quod hîc ſuperaddimus, & *juſtô tempore*, ſcil. usque ad abſentium reditum & acceſſum, aut ab illis illorumque locô aliis adhibitis inventarii factam confectionem *duraverit* obſignatio, *ſigillaque, factâ Recognitione, integra fuerint deprehenſa*; ſi aliter hæc contingunt, tantùm non operabitur Obſignatio, exemplô *Obſignationis* & *Depoſitionis pecuniæ à debitore facta*,

16.

quæ ſi usque dum creditor aſſequutus pecuniam, non duraverit, nil quoque prodeſt, & pro nunquam factâ habetur. *l. 8. v. hodie* C. *de Diſtr. pign. l. 1. in f. C. qui pot. in pign.* Meier. *C. J. A. ad tit. ff. de ſolut. th. 32.* Schulz. tr. de *Oblat. & Obſign. c. 4. n. 32.* Diſſent. Lauterb.

17.

*alleg. ſupr. Diſſ. de Depos. Jur. Uſuris etiam*, ſi uſuraria fuit pecunia, pro illô tempore, quô Obſignatio conſtitit, *debitis*, cum nunquam videatur obſignatum, quod non durat obſignatum, ut Fab. in C. *Lib. 4.* T. *34. D. 37. n. 9. & Def. 38. pr.* deduxit.

18. In reſignatione non eſt negligenda Sigill. recognitio.

Si ſigilla, factâ recognitione, quæ, *cum ex eâdem & integris Sigillis vis obſignationis dependeat*, nunquam negligenda, arg. *l. 4. ff. teſt. quemad. ap.* non apparuerint integra & intacta, non levis fraudis atque amotionis ſuſpicio contra præſentes oritur, ut aliis argumentis non eliſa, juramenti purgatione opus ſit.

19. (III.) Eff. quod obſ. facta non niſi parte alterâ auditâ ſolvi poſſit: niſi illa nulliter facta.

III. Effectus in eo ſe exſerit, quòd *per factam ad Partis inſtantiam Obſignationem huic jus quæratur, ut illâ non auditâ, reſignatio à Judice fieri non poſſit.* Niſi Judex ex poſt factô Obſignationis injuſtitiam & nullitatem adeſſe animadverterit: quô caſu reſignationem accelerare oportet, parte non tantum non aſſentiente, ſed etiam non vocatâ, cum fruſtrà expectetur præſentia, ſcientia, aut ejus citatio, quô invitô etiam actus explicari poteſt. *l. 13. §. f. ad Sct. Vell. l. 26.* & *arg. l. 21. ff. de R. Jur. l. 3. §. 3. ff. de Fideicomm. libertat.* & ſicut hic *judex facilis fuit in perperam decernendo*, ita quoque *facilis* eſſe debet in *juſtè revocando*, ut in alio negotiô bene

pruden-

prudenterque monet Giſk. *in Arb. Jud. c. 10. §. 3. n. 11.* Peck. *de Jure ſiſt. c. 11. n. 8.* Quò diuturnior tùm Obſignatio, eò gravior & moleſtior, præſtatque maturè facere reſignationem, quàm eandem remorando, majori ſe ſubjicere periculo, & gravatæ parti provocandi imponere neceſſitatem. Inde ſubſequitur illa diſquiſitio, *Utrum idoneâ oblatâ cautione Reſignationem impetrare liceat? & an adverſa pars ad eam accipiendam compelli poſſit?* Utraque exhibita quæſtio ex *oblatâ Cautionis qualitate*, *Obſignationis fine*, & *impetrantis partis jure* eſt determinanda: Ubi hoc liquidum, *nec Securitatis* tantùm cauſâ impetrata Obſignatio, ſed ut *res ipſas obſignatas omnes* & quidem *integras & incorruptas*, aut *maximam* illarum *partem*, lite mox finitâ, conſequamur, *æſtimatione* aut *pretiô* earundem etiam *duplicatô* non *contenti*, grave foret, ſi compelleremur inviti, quandò res ipſas ſalvas tenere poſſumus, cautiones, ſalvas fore, cum periculo accipere, fac. *l. 5. ff. de ſuſpect. tut. &* §. *f. J. eod. l. 6. ff. quod falſ. tut. l. f. C. in quib. cauſ. reſt. in int.* Quæ ſi aliter in facto ſe habent, perque Obſignationem à partibus *ſola Securitas*, ne fraudentur, quæſita, ſicq; *cautio*, cum per eam cauſa, ob quam facta obſignatio, removeatur, idem, quod *Obſignatio, præſtare valeat*, hæc, ſi pro negotii qualitate offeratur *idonea*, admittenda, Obſignatioque, illis, qui eandem impetrârunt, ſuper Cautione cum exceptionibus antè auditis, ſolvenda. Quæ *cautela* pro Judice utilis, ne factâ inidoneæ admiſſæ cautionis demonſtratione, ut illâ neglectâ, ad *intereſſe* teneatur *l. f. ibiq; DD. de Mag. Conv.* Menoch. *C. 245. n. 67.* Si oppoſitæ denique exceptiones ſunt irrelevantes, *judex*, partibus non concordantibus, *cautionem acceptare* poteſt, illâque præſtitâ, Reſignationi indulgere, arg. eor. quæ ſcripſit Hering. *tr. de Fidejuſſ.* C. 8. n. 36.

21. Quò diuturnior tùm Obſign. eò gravior.

22. Q. an oblata cautio reſignationem operetur, & quis ad eam invitus compelli poſſit?

23. Si Obſign. non ſecuritatis cauſa &c. imperrata.

24. Si v. per cautionem Obſig. cauſa removetur, illa, ſi idonea, admittenda, alterâ parte auditâ.

25.

26.

Num (IV.) Effectus locum *Prærogativa* aliqua, quam Creditorum multi Debitoris bona præ cæteris obſignari curantes ſibi imaginantur, jure ſtabili ingredi poſſit, poſt alia, nunc quoq; in brevem trahimus conſiderationem exiſtimamusq;, *ſolam Bonorum Obſignationem tàm pingue non tribuere jus*, ut ejus intuitu alii præferantur, alii poſtponantur; cœtera æque firmô, adeòq; pari jure nitentes: Ad hanc *Negativam* aſſertionem *Miſſionis ex Primô Decreto* ex Jure Civili ſcriptô, & *Areſti* ex non ſcriptô ſeu moribus Carpz. *Proceſſ. tit. 21. a. 1. n. 2. 3.* dependentium movent *exempla*. Creditoris

27. Q. an Obſignatio ab unô Creditore impetrata prærogativam operetur? N.

28. Cum eandem nec Miſſio ex 1 decretô, nec

Arreſtum tribuant. ditoris *Unius immiſſio omnibus prodeſt*, & unô immiſſô, cæteri, qui
ſunt ejusdem conditionis, immiſſi intelliguntur, nullâ prælatione ob
29. temporis ordinem competente. *l.* 12. *ff. de Reb. aut. Jud.* Gotthof.
*ibi.* Lit. *c. l. f.* C. *eod.* Brunn. *ad* LL. *alleg.* Struv. *S. J.C. Ex.* 26. *th.* 29. Nec
30. ex *ſolô Arreſto* ratione temporis quicquam prioritatis competit, nec
prius arreſtans ex eô potior poſteriora arreſta impetrantibus, cum
rem ita non afficiant, neque dent jus in re, ſicut hypotheca. Richt. *de
privileg. & jur. Cred. c.* 5. *n.* 4. Peck. de *Jure ſiſt. c.* 40. *n.* 2. *ſeqq.* quem
ut pulchrè ſentientem laudat & ſequitur Mev. *Tr. de Arreſt. c.* 19. *n.*
20. & *c.* 15. *n.* 1. conf. Jus. L. *art.* 8. *T.* 12. *lib.* 5. Alle diejenigen/welche in
gebührende Zeit auff ſeine Güter beſitzung gethan &c. Sie ſeynd alle gleich
31 Niſi alicubi quoad Obſ. conſuetudo loci, cui ſtandum, aliter determinat. ſo woll die letzen/als die erſten. Idem proin de Obſignatione Judiciali
abs unô alterôve Creditorum pro Bonorum cuſtodiâ tempeſtivè ob-
tentâ colligimus, prærogativamque ab aliis fortè vindicatam ſimplici-
ter tueri deſiſtimus, *inductæ* tamen in *contrarium & probatæ Conſuetudi-
ni*, quæ in hâc materiâ utramque abſolvit paginam, liberaliter cedentes.

32. Reliquos effectus brevitas excludit. Ad *Finem* properaturi *Reliquos Effectus* & maximè ex eô
quòd res obſignatione qſ. inviolabiles reddantur, profluentes, ſiccô præ-
terimus pede, & unô alterove adhuc, ut capitis inſcriptioni ſatisfiat, tùm
de Obſignationis *Tempore*, tùm de ejusdem *Impenſis* diſcuſſô, claudi-
33. Q. An diebus feriatis, nocturnô & veſpertinô tempore obſ. perfici poſſit? mus. Quod *Tempus* attinet, diſpiciendum, *an* etiam *Diebus Fe-
riatis* & vel ob *Cultum Divinum* vel *hominum cauſâ* talibus, &
an *Veſpertinô* tempore, & *poſt Solis occaſum in Noctis partibus* Obſi-
gnationis actus vel ex officiô vel ad partis inſtantiam ſuſcipi poſ-
ſit. Certum quidem eſt, Feriarum Sacrarum & Humanarum dies
à Judicialibus. Actibus debere eſſe vacuos, præprimis illis, ut Majeſta-
35. ti Altiſſimæ & devotionibus dedicatis, animum & corpus à nego-
36. Affirm. de actibus pietatis & neceſſitatis & moram non ferentib tiis debere quieſcere, &c. *l.* 8. *l.* 3 *l.* 7. *inf. l. f. l. C. de Fer* Zepp. *de* LL. *Moſaic.*
L 4. *c.* 9. Actibus hiſce diebus ſusceptis ipſô jure nullis *c. f X. de Fer.*
nec, partibus conſentientibus, robur habentibus. *all. cap. X. & l. f. C.
eod.* Frantz. *ad tit. ff. n.* 24. Swend. *in N. ad Ekolt.* §. 5. *tit. de Fer.*
Airer. *p.* 1. *c.* 1. *O.* 6. *n.* 23. Attamen cum aliis Juris Civilis & Ca-
nonici textibus adſtipulantibus, & DD. autoritatibus, *Pietatis &
Neceſſitatis* excipiantur Caſus, quiq; *moram* non admittunt, & ex illâ
deteriores futuri, & prætermiſſi nocerent, adeòq; ſtatim expediri
vel pium ſit, vel publicè utile & neceſſarium. *c. f. all. X. de fer*

Quo

Quorum intuitu cum (I.) Emancipatio & Adoptio. *l.2.l.8.C. de Fer.* 37. Quorum hic ſex re-
(II.) Inveſtigatio latronum. *l. pen. C. eod.* (III.) Appellatio. *arg l.1.C* cenſentur.
*eod.* Brunn. *ib.* Scacc. *de Appell. q. 12. n. 51.* (IV.) Debitoris Fugitivi,
vel de fuga ſuſpecti apprehenſio & incarceratio. arg *l. 10. §. 16 ff qua*
*in fraud. cred. & ib.* Gothof. L. X. Airer *all. loc. n. 6.* Bald. *in d. l. f. C. de fer.*
(V.) Sequeſtrum. Bartol. *in l. all. 10. ff.* Carpz. *p. 1. c. 29. D. 16.* (VI.) Ar
reſtum. Carpz. *all.* Berl. *p. 1. C. 74. n. 98.* Mev. *de Arreſt. c. 11. n. 5* conf.
latè Umm. *Proceſſ. D. th. 41.* permittantur, non videmur aberrare, ſi
recenſitis textibus, exemplis & DD. autoritatibus inhærentes ſuſtinu- 38. Quib.
erimus, æquè *Feriis Sacris* (VII.) *Bonorum Obſignationem* in *Neceſſi-* nunc modò
*tatis* caſu non habentis legem. arg *l. 7 pr. ff. de Adm. Tut. l. 11. § f ff. de* certò addi-
*Excuſat. tut. l. 6. §. 9. ff de ini. rupt.* multaq; illicita ac permiſſibilia tur Obſigna-
facientis. *arg. c. 2. in f. x. de Obſerv. jejun. l. 27. in f. de Manum. teſt.* tionis caſus.
*& ib.* Gothorf. *l. 162. ff. de R. J.* Et *Pietatis cauſâ, periculôq; in morâ* 39.
*exiſtente*, ob quod à regulis juris communis receditur & diſpoſitio
prohibitiva remittitur. arg. *l. 5 §. 12 ff. de N. O. N. l. 5. ff. de pet. hered.* Airer. 40. Si in Sa-
*Proceſſ. all. loc, n. 8.* peractam valere & ſubſiſtere. Et quandoquidem cris, multò
nunc hi excepti caſus *Sacris Feriis* Obſignationi dant locum, minùs id magis in hu-
propter quoad *Humanas* hominum gratiâ introductas dubitandum. *Fe-* manis feriis,
*rias*, aut quoad *Nocturnum* & *Veſpertinum* tempus, maxime, ſi pericu- nocturnò
lum ex morâ longiori & imminentis diei & juſti temporis expectatio- tempore ſu-
nes immineat, & prægnans relevansq; Obſignationis cauſa non defi- ſcipi poteſt
ciat. *l. 8. ff. de Fer.* Aliis Actibus, Tranſactione *l. 20. C. De Tranſact.* Obſign.
Teſtamentô. *arg. l. 22. in f. ff. qui teſt. fac. poſſ.* junct. *l. 28. C. de teſt.* 41.
Gothorf. *ad l. 20. C. tit. D.* & Judicialibus, prioribus concurrentibus, 42. Sicut
Sententiæ dictione. Menoch. *de A. J. Q. 62. & L. 2. Q. 525.* Berl. Tranſact.
*p. 1. C. 74. n. 101.* Brunn. *Proc. Civ. c. 27. n. 52.* Arreſtô. Petr. Peck. Teſtamentũ
*de Jur. ſiſt. c. 10. n. 2.* Carpz. *Proceſſ. tit 21. a. 3. n. 11. 12.* Mev. *alleg. de* Sentent. Dict
*Arreſt. d. cap. 4. n. 6.* Berl. *all. C. n. 100.* Nocturnò & Veſpertinò tempore Areſtum.
ſuſceptis, validis & ſubſiſtentibus. *Quotieſcunque* itaque *evidens* in
*morâ periculum temporis Feriati & Nocturni non habenda eſt ratio:*
Barboſ. *Axiom. v. Actus, n. 6.*

Supereſt, ut de factæ Obſignationis videamus *Impenſis*, mi- 43. De Im-
nima quoque, cum juſtitiæ ratio, non ex quantitate rei petitæ, ſed penſis Obs.
ſuis regulis ſit æſtimanda. arg. *§. 16. 35. Inſt. de Rer. Div. l. 14. §. f. ff.*
*de Acq. R. D. §. 3. Inſt. de Obl. q. ex del. Tit. ff. de Gland. Leg.* curantes

No-

44. Quænam nomine Imp. hic veniant,

Notamus autem de iisdem (I.) illarum nomine non tantùm venire illam pecuniæ erogationem, qvæ Secretariis aut Actuariis, &c. qvibus intervenientibus perfici ſolet obſignatio, & qvibus hujuscemodi *Honoraria* aut *Accidentia Salarii* locô hodiè *ſæpiùs* cedunt, penditur, ſed etiam illos ſumptus, qvos, ut Obſignatio impetretur, facere

45. Quid circa illarum reſtit. attendend.

fuit neceſſe. (II.) Si de earundem Reſtitutione aut exactione agatur, attendendum eſſe, qvorum gratià impetrata obſignatio, & ſi propria impetrantium verſetur utilitas, & ab iiſdem quæſita ſecuritas, utrum juſtæ ſubfuerint cauſæ ad tale pro conſequendô, quod debetur, con-

46. Quorum gratià Obſ. facta, illi ad impenſas tenentur, licet hæc non profuerit.

fugiendi medium. *Priori Caſu* ab his, quorum ſcil. gratià Obſignatio facta, ſumptus refundi aut peti, juris & naturalis æquitatis ſecundum *l. 10. ff. de R. J.* dictitat ratio, etiamtum, *ubi Obſignatio parùm profuerit*, cum, ubi alterius bono quid ſuſcipitur, utilitas, non tàm ab *Eventu*, quàm *Intentione*, *Fine*, *& Fide Bona*, æſtimanda *arg. l. 10. §. 1. ff. de Neg. geſt. junct. l. 3. §. 7. 10. ff. de in rem vers. l. 56.*

47. Si juſta fuit Obſ. cauſa, fert impenſas, qui illi cauſam dedit.

*§. 4. ff. mand.* *Alterô Caſu*, juſtâ non deficiente causâ, Impenſæ Obſignationis non magis ab adverſâ parte denegari poſſunt, quàm juſtæ & obtentæ litis ſumptus, cum uti culpa in eô, qui ultrò non ſolvit, ita nec ſit excluſa ab eô, qui malè ſuſpicandi, & medium, ne res in fraudem diſſipentur & auferantur, quærendi ſuppeditavit cauſam.

48. Si non, is, qui impetravit obſ.

Sin verò, *tertiô*, hujus apparuerit defectus, tantum abeſt, ut ab impetrante expenſarum nomine qvidpiam peti poſſit, ut adverſa potiùs pars ad injuſtæ obſignationis injuriam vindicandam, & ad damnum omne reparandum competentes habeat actiones.

49. Obſignationis impenſis prioritatis locus in concurſu non denegandus.

(III.) Et ultimò ſubjicimus, *Obſignationis Impenſis* in concurſu Creditorum æquè, ut aliis, qvæ communem reſpiciunt utilitatem, & vel pro Bonorum Taxatione, Inventatione, Conſervatione fiunt; conf. *l. 8 ff. Depoſ.* ibiq; Brunn. Carpz. *p. 1. C. 28. D. 36. & Dec. 55. n. 12.* Mev. *p. 3. D. 353.* Carpz. *p. 3.* C. 33. D. 17. Richt. *c. 2. membr. 2. De Jure & privil. Cred.* *Prioritatis Locum* aſſignari poſſe, ut nec bona intelligantur, niſi his impenſis, ut pro cuſtodiâ illorum factis, ante omne creditum deductis.

50. Finis.

Quibus nunc, non *rigidam* B. L. *cenſuram*, ſed *æquum*, quod in præfamine ſollicitavimus, ex *l. 2. §. 14 C. de V. J. E.* expectantes *Judicium*, Diſſertationem hanc Inauguralem obſignamus, & ponimus *Majoris Sigilli* Locô in Fine.

S. D. G.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741711516/phys_0045
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711516/phys_0046
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741711516/phys_0047
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741711516/phys_0048
DFG

prudenterque monet Gilk. *in Arb. Jud. c. 10. §. 3.* [illegible] *de Jure*
*ſiſt. c. 11. n. 8.* Quò diuturnior tùm Obſignatio, eò [illegible] leſtior,
præſtatque maturè facere reſignationem, quàm [illegible] rando,
majori ſe ſubjicere periculo, & gravatæ parti p[illegible] ponere
neceſſitatem. Inde ſubſequitur illa diſquiſitio [illegible] *eâ ob-*
*latâ cautione Reſignationem impetrare liceat?* [illegible] *pars*
*ad eam accipiendam compelli poſſit?* Utraque [illegible] tio ex
*oblatâ Cautionis qualitate*, *Obſignationis fine*, [illegible] *par-*
*tis jure* eſt determinanda: Ubi hoc liquidum, [illegible] tan-
tùm causâ impetrata Obſignatio, ſed ut *res ipſa* [illegible] *omnes*
& quidem *integras & incorruptas*, aut *maxim*[illegible] *rtem*,
lite mox finitâ, conſequamur, *æſtimatione* aut *pr*[illegible] etiam
*duplicatô* non *contenti*, grave foret, ſi compell[illegible] quan-
dò res ipſas ſalvas tenere poſſumus, cautiones, ſa[illegible] peri-
culo accipere, fac. *l. 5. ff. de ſuſpect. tut. &* §. *f. J. e*[illegible] *falſ.*
*tut. l. f. C. in quib. cauſ. reſt. in int.* Quæ ſi alite[illegible] bent,
perque Obſignationem à partibus *ſola Securitas*, ne[illegible] æſita,
ſicq; *cautio*, cum per eam cauſa, ob quam fact[illegible] emo-
veatur, idem, quod *Obſignatio*, *præſtare valeat*, hæ[illegible] qua-
litate offeratur *idonea*, admittenda, Obſignatio[illegible] ean-
dem impetrârunt, ſuper Cautione cum excepti o[illegible] ditis,
ſolvenda. Quæ *cautela* pro Judice utilis, ne fact[illegible] miſſæ
cautionis demonſtratione, ut illâ neglectâ, ad *i*[illegible] r *l. f.*
*ibiq; DD. de Mag. Conv.* Menoch. *C. 245. n. 67.* Si [illegible] que
exceptiones ſunt irrelevantes, *judex*, partibus non c[illegible] *cau-*
*tionem acceptare* poteſt, illâque præſtitâ, Reſignati[illegible], arg.
cor. quæ ſcripſit Hering. *tr. de Fidejuſſ.* C. 8. *n. 36.*

21. Quo diuturnior tùm Obſign. eò gravior.

22. Q. an oblata cautio reſignationem operetur, & quis ad eam invitus compelli poſſit?

23. Si Obſign. non ſecuritatis cauſa &c. imperrata.

24. Si v. per cautionem Obſig. cauſa removetur, illa, ſi idonea, admittenda, alterâ parte auditâ.

25.

26.

Num (IV.) Effectus locum *Prærogativa* [illegible] Cre-
ditorum multi Debitoris bona præ cœteris obſi[illegible] ſibi
imaginantur, jure ſtabili ingredi poſſit, poſt al[illegible]; in
brevem trahimus conſiderationem exiſtimamusq; [illegible] *rum*
*Obſignationem tàm pingue non tribuere jus*, ut eju[illegible] ræ-
ferantur, alii poſtponantur; cœtera æque firmô, [illegible] ure
nitentes: Ad hanc *Negativam* aſſertionem *Miſſion*[illegible] *De-*
*creto* ex Jure Civili ſcriptô, & *Areſti* ex non ſcri[illegible] bus
Carpz. *Proceſſ. tit. 21. a. 1. n. 2. 3.* dependentium movent [illegible] re-
[illegible] ris

27. Q. an Obſignatio ab unô Creditore impetrata prærogativam operetur? N.

28. Cum eandem nec Miſſio ex decretô, nec